Doppio

778

... prudens habebis
Ad spem futura [illegible]
[illegible] flore
Abraham pater [illegible]
exultavit, ut videret
3. p. q. 52. art: 5.
ad [illegible]

J. f. [illegible] 52. [illegible]
me [illegible] [illegible]
Christi [illegible]

1° Debeat [illegible] X^i. ad [illegible]
in illis [illegible] effectus
[illegible] fuerint. qui [illegible]
[illegible] charitate [illegible] X^i [illegible]
[illegible]
[illegible] potuerit [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] p.^a 2. 9. 9.

In addi[ti]one 3ª partis
q[uaesti]one 6ª art. 6.

Responsione ad 2m argument[um]
illud q[uod] sacramentales
[illegible]
[illegible] ita debeer
[illegible] poenas dece-
dant, Resp[onde]o: q[ui]d. nemo [illegible]
[illegible] poena [illegible]
[illegible] impedit a recep-
tione [illegible] defectus
[illegible], [illegible] defectus
naturalis

Tota Theologia SANCTI THOMAE ABBREVIATA;

Per sic, & non. i. ita; vt ad omne quæsitum Theologale possit quis statim respondere affirmatiuè, vel negatiuè, secundum absolutam rei veritatem:

Per modum conclusionum responsalium ad singulos articulos summæ Theologiæ eiusdem Sancti Doctoris; & strictim (quasi summam summando) pro ueritatum promptiori memoria & intellectu.

Per F. Seraphinum Capponi à Porrecta, Almi ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ Magistrum.

DIGESTA; DEO OPT. MAXIM. dicata; S. R. E. correctioni submissa.

Non ego autem: sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium. 1597.

Superiorum Permissu.

Gli Eccellentissimi Signori Capi, dell'Illustrissimo Consiglio di X. infrascritta, Hauuta fede dalli Sig. Riformatori del studio di Padoua per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, dal circ. Secretario del Senato Lorenzo Massa, & Domino Fabio Paulini Dottore, Lettore publico, che nel libro della Theologia abreuiata di San Thomaso, composta dal Reueren. P. F. Serafino Porreta, non vi è cosa contra le leggi, & è degno di Stampa, concedemo licentia, che possi esser stampato in questa città.

Dat. die 28. Iulij 1597.

D. Hieronimo Dandolo D. Siluan Capello D. Agustin Moresini	Capi dell'Illustrissimo Consiglio di Dieci.

Illustriss. Cons. X. Secr. Leonardus Otthobonus.

NOTATIO.

Ad primi articuli interrogationem subsequens. ℞. (i. responsio) intelligitur semper in cæteris omnibus articulis; etiam si ibi nō exprimatur.

Not. 2. Quæ post sic, vel Non, sequentur; adduntur, tanquam quædam declaratoria ipsius responsi affirmatiui vel negatiui. Quòd si quid magis apertum quandoque desideraueris recurras ad articulorum fontem in ipsa doctoris Angelici summa.

Not. 3. Ponentur singulæ partes summæ prædictæ. s. Prima Pars; Prima Secundæ; Secunda Secundæ; Tertia de Saluatore; Tertia de Sacramentis &c. cum suis questionibus, & articulis, Secundum ordinem à B. Thoma seruatum: vt quisq; huius COMPENDIOLI THEOLOGICI lector, cùm hic raptim tractata videre distinctius voluerit, possit mox facillimè consequi desiderium suum; videndo ibi in articulorum corpore (vt vocant) ad libitum. Quòd si & Elucidationes formales eiusdem summæ studio suo inibi coniunxerit: videbit, quòd veritati singularum questionum per articulos à S. Thoma determinatæ fauent sacra Concilia, scripturæ, aut Summi Pontifices. Id quod referre hic ad verbum (vt ibi) libellus non pertulit.

PRIMA PARS D. THOMAE

Ecclesiæ Sanctæ Doctoris.

QVAESTIO PRIMA

ARTICVLVS PRIMVS.

Qualis sit hæc doctrina, & ad ea quæ se extendat.

1 VTRVM præter phylosophicas sciẽtias sit necessaria sacræ Theologiæ doctrina? R. Sic. Quò ad excedentia rationem; vt saluemur; Quò ad nôn excedentia rationem; vt faciliùs saluemur.

2 Vtrum sacra hæc doctrina sit scientia? Sic. Subalternata scientiæ Dei,& beatorum.

3 Vtrum sit scientia vna? Sic.Formaliter. Licet possit dici plures materialiter.

4 Vtrum sit practica? Sic. Licet magis sit speculatiua.

5 Vtrum sit dignior alijs scientijs? Sic. Omnibus;& secundùm omnem modũ.

6 Vtrum sit sapientia? Sic. Simpliciter. Et maxima super omnes humanitus inuentas.

7 Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ? Sic. Formale; & principale. i. sub cuius ratione omnia tractata in Theologia cōsiderantur; vel quia sunt Deus, vel quia sunt ordinata aliqualiter ad ipsum.

8 Vtrum hæc scientia sit argumentatiua? Sic. Et ex reuelatis in vtroq; testamento ad probandum aliquid fidelibus, vel conuincendum hæreticos: & ex reuelatis in veteri testamento ad conuincendum Iudæos: & ex ratione humana; non quidem ad probandum ipsa reuelata, sed ad soluendum omnes rationes, quas contra fidem catholicam inducere possent pagani. i. neutrum testamentum concedentes.

9 Vtrum debeat vti metaphoricis, vel symbolicis, vel parabolicis, uel similitudinarijs (quę omnia in idem redeunt) locutionibus? Sic. Conuenienter, propter nos. Ad tradendum spiritualia, & diuina, sub similitudine corporalium nobis assuetis videre, & cognoscere corporalia.

10 Vtrum sit secundum plures sensus exponenda? Sic. Etiam secundum plures literales, sub vna litera.

NOTA-

NOTATIO.

ANTEQVAM incipiamus quęstionem secundam; vtilissimum fore existimaui (vt clariora fiant nouitijs dicenda) præmittere quasdam veritates, seruato modo interrogatorio; vt expeditiùs ab ipsis nouitijs capiantur; & in memoria cõseruentur. Nec miretur quispiam: si D. Thomas veritates, quas præmittemus, nõ præmisit hoc in loco, tanquam, eas à Lectoribus sciri, meritò præsupponens: quia tantam suam doctrinam tantus ipse Doctor non scribebat tàm paruulis, in re theologica, quibus adhuc lacte opus esset; in quorũ gratiam nos isthæc scriptitare conamur. Dicamus ergo.

VERITAS PRIMA.

THEOLOGIA est nè sermo de Deo? Sic. Tanquam nomen vnum ex duobus græcis cõpositum. s. Theos. i. Deus, & Logos. i. sermo.

Secunda. Per sermonem de Deo, ut theologus sumit, intelligitur nè quicquid a Deo reuelatum est? Sic. Dummodò illud sit in scripturis canonicis.

Tertia. Scripturæ canonicæ omnes sunt nè duo testamenta? Sic. Testamentum vetus, & testamentum nouum: quorũ vtrumque diuiditur in suos libros legales, hystoriales, sapiẽtiales, & pphetales.

Quarta. Testamenti veteris libri legales.i. in quibus lex vetus ore Dei edita per Moysem promulgatur, sunt ne quinq;? Sic. Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. (Ex Concilio Tridentino, Sess.4. Decreto 1.)

Quinta. Test. veter. libri hystoriales.i. in quibus hystoriæ rerum tunc gestarum narrantur, sunt ne decem & septem? Sic. Iosue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor; Paralipomenon libri duo, Esdræ libri duo.s.primus & secũdus, Thobias, Iudith, Hester, Iob, Machabeorum libri duo. (Ex Concil. Trident. sess.4. Decr.1.)

Sexta. Test. veter. libri Sapientiales. i. in quibus vera sapientia, & prudentia, docetur, sunt nè quinque? Sic. Prouerbia seu parabolæ, Ecclesiastes, Cãticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus. (Ex Concil. Triden. vbi sup.)

Septima. Testa. veter. libri Prophetales.i. in quibus uera à Spiritu sancto per os Prophetarum prænunciantur, sunt nè decem & octo? Sic. Psalterium Dauid, Isaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Oseæ, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. (Ex Concilio Trid. vbi sup.)

Octaua. Testamenti noui, libri legales.i. in quibus lex noua à IESV CHRISTO Domino Deo nostro data continetur, sunt nè quatuor? Sic. Euangelium secundum

cundum Matthæum, Euangelium secundum Marcum, Euangel. secundum Lucam, Euangel. secundnm Ioannem. (Ex Concil. Trid. vbi sup.)

Nona. Testam. noui libri hystoriales .i. in quibus res per Christi Apostolos gestæ narrantur, sunt nè numero vnus? Sic. Actus Apostolorum. (Ex Concil. Trid. vbi sup.)

Decima. Testam. noui libri sapientiales .i. in quibus sapientia nouæ legis per exépla, & mandata, rectè secundum Christum uiuendi, traditur, sunt ne viginti vnus? Sic. Epistolæ Apostolorum .s. Pauli ad Romanos, ad Corinth. duę, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicéses duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Iacobi vna. Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ una. (Ex Concil. Trid. vt sup.)

Vndecima. Testam. noui libri Prophetales .i. in quibus futurus status Ecclesiæ Christi prædicitũ est nè numero unus? Sic. Apocalypsis. (Ex Concil. Tridẽt. vbi sup.)

NOTATIO.

His vndecim veritatibus pro notitia faciliori præmissis? redeamus ad filum summæ.

QVAESTIO II.

ART. I.

De Deo, an sit.

1 Vtrum Deum esse sit per se notum? Sic. Secundum se tantùm.
2 Vtrum Deum esse sit demonstrabile? Sic. A posteriori, i. per effectus eius, nobis notos.
3 Vtrum Deus sit? Sic.

QVAESTIO III.

De simplicitate Dei.

1 Vtrum Deus sit corpus? Non. Neque potest esse.
2 Vtrum in Deo sit compositio materiæ, vel formæ? Non. Neque potest esse.
3 Vtrum in Deo sit compositio essentiæ, vel naturæ, & subiecti? Non. Sed vtrũque est idem, secundum rem.
4 Vtrum in Deo sit compositio essentiæ & esse? Non.
5 Vtrum in Deo sit compositio generis, & differentiæ? Non.
6 Vtrum in Deo sit compositio subiecti & accidentis? Non.
7 Vtrum Deus sit aliquo modo compositus, uel totaliter simplex? Est totaliter simplex.
8 Vtrum Deus veniat in compositionem cum alijs? Non. Nec vt principium formale, nec vt materiale.

QVAESTIO IIII.

De perfectione Dei.

1 Vtrum Deus sit perfectus? Sic. Maximè.
2 Vtrum Deus vniuersaliter sit perfectus, quasi omnium in se perfectiones habens? Sic. Vt quid vnum, illas habens sine ulla sui mutatione.
3 Vtrum creaturæ possint esse Deo similes? Sic. Secundum aliqualem analogiam.

QVAESTIO V.

De bono in communi.

1 Vtrum () bonũ, & ens sint idem secundum rem? Sic.
2 Vtrum supposito quòd differant rationẽ tantum: quid sit prius secundum rationem bonum, uel ens? Ens, est prius absolutè; bonum autem in genere causandi.
3 Vtrũ () supposito, quòd ens sit prius, omne ens sit bonum? Sic. Inquantum ens.
4 Ad quam causam ratio boni reducitur? Finalem.
5 Vtrum ratio boni consistat in modo, specie, & ordine? Sic.
6 Vtrum bonum diuiditur conuenienter per honestum vtile & delectabile? Sic. Bonum, secundum quòd bonum.

QVAESTIO VI.

De bonitate Dei.

1 Vtrum esse bonum conueniat Deo? Sic. Præcipuè.
2 Vtrum Deus sit summum bonum? Sic. Simpliciter.
3 Vtrum ipse solus sit bonus per suam essentiam? Sic.
4 Vtrum omnia sint bona bonitate diuina? Et diuina, & propria; sed diuersimode.

QVAESTIO VII.

De infinitate Dei.

1 Vtrum Deus sit infinitus? Sic. Loquendo de infinito formali.
2 Vtrum aliquid præter ipsum sit infinitũ secundum essentiam? Non. Nisi secundum quid.
3 Vtrum aliquid possit esse infinitum actu secundum magnitudinem? Non. Neque corpus naturale, neque mathematicum.
4 Vtrum possit esse infinitum actu in rebus secundum multitudinem? Non. Siuè de infinito tali per se, siuè de per accidens, loquendo.

QVAE-

QVAESTIO VIII.

De existentia Dei in rebus.

1 Vtrum Deus sit in omnibus rebus? Sic. Et intimè: vt agens, non vt pars, vel accidens.
2 Vtrum Dèus sit vbique? Sic. Et vt in re, & vt in loco.
3 Vtrum Deus sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam? Sic. Et, vltra hoc, in aliquibus per gratiam; in homine Christo per vnionem personalē.
4 Vtrum esse vbique sit proprium Dei? Sic. Primò, & per se.

QVAESTIO IX.

De immutabilitate Dei.

1 Vtrum Deus sit omnino immutabilis? Sic. Et contrarium est impossibile.
2 Vtrum esse immutabile omnino sit proprium Dei? Sic.

QVAESTIO X.

De æternitate Dei.

1 Quid est æternitas? Quod vult Boetius, s. interminabilis uitæ, tota simul, & perfecta possessio.
2 Vtrum Deus sit æternus? Sic. Maximè: & est sua æternitas.

3 Vtrum esse æternum sit proprium Dei? Sic. Verè,& propriè.

4 Vtrum æternitas differat à tempore? Sic.

5 Vtrum æuum sit aliud à tempore? Sic. Et ab æternitate: vt medium inter vtrumque.

6 Vtrum sit tantum vnum æuum, sicut vnũ tempus,& vna æternitas? Sic. Secundũ veriorem opinionem.

QVAESTIO XI.

De vnitate diuina.

1 Vtrum vnum addat aliquid supra ens? Sic. Secundum rationem, non secundum rem.

2 Vtrum vnum & multa opponantur? Sic. Vel per modum mensuræ & mensurati, vel per modum priuationis.

3 Vtrum Deus sit vnus? Sic. Et impossibile est contrarium.

4 Vtrum Deus sit maximè vnus? Sic.

QVAESTIO XII.

De cognitione Dei.

1 Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre essentiam Dei? Sic. Et oppositum est contra fidem.

2 Vtrum essentia Dei videatur ab intellectu creato secundum aliquam similitudinem creatam? Non. Ex parte essentiæ visæ.

3 Vtrum

3 Vtrum essentia Dei possit videri oculo corporeo? Non. Neque aliqua potentiua sensitiua.

4 Vtrum aliqua substantia intellectualis creata ex suis naturalibus sufficiens sit Deum videre? Non. Nec potest esse.

5 Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam indigeat lumine creato? Sic. Et est de fide catholica.

6 Vtrum videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat? Sic. Qui scilicet plus habet de charitate.

7 Vtrum aliquis intellectus creatus possit comprehendere Dei essentiam? Non. Comprehensione propriè dicta.

8 Vtrum intellectus creatus vidés Dei essentiam omnia in ipso cognoscat? Non. Ea omnia, quæ Deus facit & facere potest.

9 Vtrum ea quæ ibi cognoscit per aliquas similitudines cognoscat? Non. Cognoscendo ea, vt ibi.

10 Vtrum simul cognoscat omnia quæ in Deo videt? Sic. Inquantum ea in ipso videt.

11 Vtrum in statu huius vitæ aliquis homo possit essentiam Dei videre? Non. Homo purus: nisi ab hac vita separetur.

12 Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus? Sic. Multipliciter.

13 Vtrum supra cognitionem naturalem in præsenti vita aliqua cognitio Dei habeatur per gratiam? Sic. Et perfectior.

QVAE-

3 Vtrum esse æternum sit proprium Dei? Sic. Verè, & propriè.

4 Vtrum æternitas differat à tempore? Sic.

5 Vtrum æuum sit aliud à tempore? Sic. Et ab æternitate: vt medium inter vtrumque.

6 Vtrum sit tantum vnum æuum, sicut vnũ tempus, & una æternitas? Sic. Secundũ veriorem opinionem.

QVAESTIO XI.

De vnitate diuina.

1 Vtrum vnum addat aliquid supra ens? Sic. Secundum rationem, non secundum rem.

2 Vtrum vnum & multa opponantur? Sic. Vel per modum mensuræ & mensurati, vel per modum priuationis.

3 Vtrum Deus sit vnus? Sic. Et impossibile est contrarium.

4 Vtrum Deus sit maximè vnus? Sic.

QVAESTIO XII.

De cognitione Dei.

1 Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre essentiam Dei? Sic. Et oppositum est contra fidem.

2 Vtrum essentia Dei videatur ab intellectu creato secundum aliquam similitudinem creatam? Non. Ex parte essentiæ visæ.

3 Vtrum essentia Dei possit videri oculo corporeo? Non. Neque aliqua potentiua sensitiua.

4 Vtrum aliqua substantia intellectualis creata ex suis naturalibus sufficiens sit Deum videre? Non. Nec potest esse.

5 Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam indigeat lumine creato? Sic. Et est de fide catholica.

6 Vtrum videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat? Sic. Qui scilicet plus habet de charitate.

7 Vtrum aliquis intellectus creatus possit comprehendere Dei essentiam? Non. Comprehensione propriè dicta.

8 Vtrum intellectus creatus vidēs Dei essentiam omnia in ipso cognoscat? Non. Ea omnia, quæ Deus facit & facere potest.

9 Vtrum ea quæ ibi cognoscit per aliquas similitudines cognoscat? Non. Cognoscendo ea, vt ibi.

10 Vtrum simul cognoscat omnia quæ in Deo videt? Sic. Inquantum ea in ipso videt.

11 Vtrum in statu huius vitę aliquis homo possit essentiam Dei videre? Non. Homo purus nisi ab hac vita separetur.

12 Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus? Sic. Multipliciter.

13 Vtrum supra cognitionem naturalem in præsenti vita aliqua cognitio Dei habeatur per gratiam? Sic. Et perfectior.

QVAE.

QVAESTIO XIII.

De nominibus Dei.

1 Vtrum Deus ſit nominabilis à nobis? Sic. Ex creaturis tripliciter: non exprimendo eius eſſentiam, ſecundum quod in ſe.

2 Vtrum aliqua nomina dicta de Deo prę dicẽtur de ipſo ſubſtantialiter? Sic. Nomina affirmatiua,& abſoluta: imperfectè tamen.

3 Vtrum aliqua nomina dicta de Deo propriè dicantur de ipſo: an omnia ei attribuantur metapnoricè? Aliqua propriè;& magis, ac priùs, quàm de creatis;quantum ad ſignificatum,tantùm.

4 Vtrum huiuſmodi nomina dicta de Deo ſint ſynonima? Non.

5 Vtrum aliqua nomina dicantur de Deo & creaturis vniuocè, vel æquiuocè? Neutro modo,ſed analogicè.

6 Vtrum, ſuppoſito quòd dicantur analogicè,dicantur per prius de Deo vel de creaturis? Metaphorica prius de creaturis: propriè dicta,quantum ad ſignificatum, prius de Deo.

7 Vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore? Sic. Importantia relationem ad creaturam, ſecũdum exteriorem effectum.

8 Vtrum hoc nomen Deus ſit nomen operationis,vel naturæ? Quantũ a quo,eſt operationis, quantũ ad qđ,eſt naturæ.

9 Vtrum

9 Vtrum hoc nomen Deus sit nomen cõmunicabile? Non. Secundum rem, iuxta totam suam significationem: licet aliter sit secundum participationem, & secundum opinionem.

10 Vtrum accipiatur vniuocè, uel æquiuocè: secũdum quòd significat Deum per naturam: per participationem, uel per opinioné? Neutro modo: sed analogicè.

11 Vtrum hoc nomen, Qui est, sit maximè proprium nomen Dei? Sic. Triplici ratione.

12 Vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo? Sic. Et ueræ; quantum ad significatum, non quãtum ad modum significandi.

QVAESTIO XIIII.

De scientia Dei.

1 Vtrum in Deo sit scientia? Sic. Vt scientia, & perfectissimè.

2 Vtrum Deus intelligat seipsum? Sic. Nõ per aliud, sed per seipsum.

3 Vtrum Deus comprehendat se? Sic. Proprijssima comprehensione.

4 Vtrum suum intelligere sit sua essentia? Sic. Et necessariò.

5 Vtrum intelligat alia a se? Sic. Cognoscendo seipsum.

6 Vtrum Deus habeat de rebus propriam cognitionem? Sic. Vt, sunt in propria earũ natura; nõ tantũ, ut sunt in seipso.

7 Vtrum

7 Vtrum scientia Dei sit discursiua? Nullo modo.

8 Vtrum scientia Dei sit causa rerum? Sic. Voluntate iuncta.

9 Vtrum scientia Dei sit eorum, quæ non sunt? Sic. Eorũ quæ non sunt in actu, etiam nunquam reducibiliter.

10 Vtrum scientia Dei sit malorum? Sic. Per hoc, quòd est bonorum.

11 Vtrum scientia Dei sit singularium? Sic. Et secundum omnes conditiones singulares.

12 Vtrum scientia Dei sit infinitorum? Sic. Etiam scientia visionis.

13 Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium? Sic.

14 Vtrum scientia Dei sit enunciabilium? Sic. Per simplicem modum.

15 Vtrum scientia Dei sit uariabilis? Non. Secundum quòd in se est.

16 Vtrum Deus de rebus habeat scientiam speculatiuam, uel practicam? Vtramq; de alijs pro aliquo tempore fiendis, etiam de malis pœnæ: sed de seipso speculatiuam tantum.

QVAESTIO XV.

De ideis.

1 Vtrum sint ideæ in Deo? Sic. In mente diuina.

2 Vtrum sint plures ideæ, uel una tantum? Plures.

3 Vtrum ideæ sint omnium, quæ cognoscuntur a Deo? Sic. Vel secundum quòd idæa est principium, solum cognoscitiuum, idest vt ad speculatiuam tantum, cognitionem pertinet; uel secundum quòd idæa est exemplar, idest ut ad practicam simul.

QVAESTIO XVI.

De veritate.

1 Vtrum veritas sit in re vel intellectu tantum? In intellectu principaliter; in re secundariò, vt comparatur ad intellectum.

2 Vtrum veritas sit in intellectu componente & diuidēte? Sic. Propriè loquendo: & tantum.

3 Vtrum vnum & ens conuertantur? Sic. Secundum rem, non secundum rationē.

4 Vtrum verum sit prius secundum rationem, quàm bonum? Sic. Absolutè loquendo.

5 Vtrum Deus sit veritas? Sic. Prima, & summa.

6 Vtrum omnia sint uera vna ueritate, uel pluribus? Vna. Et pluribus, diuersimodè.

7 Vtrum veritas sit æterna? Sic. Diuina solum.

8 Vtrum veritas sit immutabilis? Sic. Diuina tantum.

QVAESTIO XVII.

De falſitate.

1 Vtrum falſitas inueniatur in rebus? Sic. Secundum quòd de veritate q.16.ar.1. dictum eſt.

2 Vtrum falſitas ſit in ſenſu? Sic. Quò ad iudicium de rebus tantum,& reſpectu ſenſibilium communium, atque reſpectu ſenſibilium per accidens.

3 Vtrum falſitas ſit in intellectu? Sic. In componente, & diuidente: non in cognoſcente quod quid eſt, niſi per accidens.

4 Vtrum verum & falſum ſint contraria? Sic. Loquendo de vero & falſo, vt in intellectu.

QVAESTIO XVIII.

De vita Dei.

1 Quorum ſit viuere? Mouentium ſe, ſolum; propriè loquendo: ſecùs,ſi loquamur per quandam ſimilitudinem.

2 Quid eſt uita? Eſt eſſe viuentium,quantum ad id,ad quod: Eſt operatio vitalis, quantum ad id,à quo.

3 Vtrum Deo vita conueniat? Sic. Maximè.

4 Vtrum omnia in Deo ſint vita? Sunt in eo vita diuina.

QVAESTIO XIX.

De voluntate Dei.

1 Vtrum in Deo sit uoluntas? Sic.
2 Vtrum Deus velit alia à se? Sic.
3 Vtrum quicquid Deus vult ex necessitate velit? Non. Necessitate absoluta alia à se: licet ex necessitate tali velit bonitatem suam propriam esse.
4 Vtrum voluntas Dei sit causa rerum? Si. Easque non producit per necessitatem naturę.
5 Vtrum uoluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam? Nullo modo.
6 Vtrum voluntas Dei semper impleatur? Sic. Voluntas consequens: & eo modo, quo vult eam impleri.
7 Vtrum uoluntas Dei sit multiplex? Non.
8 Vtrum uoluntas Dei imponat necessitatem rebus uolitis? Non omnibus: sed aliquibus.
9 Vtrum voluntas Dei sit malorum? Nullo modo culpæ: sed aliquo modo naturalis defectus, & pœnæ.
10 Vtrum Deus habeat lib. arbitrium? Sic. Respectu aliorum à se, ut in art. 3. & 4. declaratur.
11 Vtrum sit distinguenda in Deo uolũtas? Sic. Volũtas propriè dicta, quæ est una tantum: & uoluntas metaphoricè dicta, quæ dicitur etiam voluntas signi.
12 Vtrum conuenienter ponantur circa diuinam uoluntatem quinque signa? Sic. Scilicet præceptum prohibitio, consilium operatio, permissio.

QVAE-

QVAESTIO XX.

De amore Dei.

1 Vtrum in Deo sit amor? Sic.
2 Vtrũ Deus amet omnia? Sic. Non tamẽ eodẽ modo, quo nos, quẽ ad effectum.
3 Vtrum Deus magis amet vnum, quàm aliud? Sic. Ex parte amato, uoliti; non, ex parte actus uoluntatis.
4 Vtrum Deus meliora magis amet? Sic. Semper: & hoc dicere, necesse est.

QVAESTIO XXI.

De iustitia & misericordia Dei.

1 Vtrum in Deo sit iustitia? Sic. Distributiua: non commutatiua.
2 Vtrum iustitia Dei veritas dici possit? Sic. Iustitia, ut constituit ordinem in rebus cõformem rationi sapientiæ suæ.
3 Vtrum in Deo sit misericordia? Sic. Maximè: secundum effectum, non affectũ.
4 Vtrum in omni opere Dei sit iustitia & misericordia? Sic. Et hoc necesse est.

QVAESTIO XXII.

De prouidentia Dei.

1 Vtrum prouidentia Deo conueniat? Sic.
2 Vtrum prouidentiæ diuinæ subdantur omnia? Sic. Et necesse est hoc dicere.

3 Vtrum prouidentia diuina immediate sit de omnibus? Sic. Quò ad rationem ordinis: non, quò ad executionem.

4 Vtrum prouidentia diuina imponat necessitatem rebus? Non omnibus, sed quibusdam.

QVAESTIO XXIII.

De prædestinatione Dei.

1 Vtrum Deo competat prædestinatio hominis? Sic. Et conuenienter.

2 Vtrum prædestinatio ponat aliquid in prædestinatio? Non. Sed prædestinationis executio.

3 Vtrum Deo competat reprobatio aliquorum hominum? Sic. Ideſt permittit aliquos à vita æterna deficere.

4 Vtrum prædestinati eligantur à Deo? Sic. Et diliguntur.

5 Vtrum merita sint causa uel ratio prædestinationis? Non. Loquendo de toto effectu prædestinationis: aliquis tamen effectus prædestinationis est causa alterius.

6 Vtrum prædestinati infallibiliter saluentur? Sic. Absque hoc, quòd prædestinatio imponat necessitatem, ut effectus eius ex necessitate proueniat.

7 Vtrum numerus prædestinatorum sit certus? Sic. Deo, & materialiter, & formaliter.

8 Vtrum prædestinatio possit iuuari pre-

cibus

cibus sanctorum? Sic. Quantum ad effectum prædestinationis, tantùm.

QVAESTIO XXIIII.

De libro vitæ.

1 Quid est liber vitæ? Est firma notitia prædestinatorum.

2 Cuius vitæ est liber? Aeternæ, propriè loquendo.

3 Vtrum aliquis possit deleri de libro vitæ? Sic. Secundum præsentem iustitiã tantùm ibi scriptus.

QVAESTIO XXV.

De potentia Dei.

1 Vtrum in Deo sit potentia? Sic. Actiua solum.

2 Vtrum potentia Dei sit infinita? Sic. Et necesse est hoc dicere.

3 Vtrum Deus sit omnipotens? Sic.

4 Vtrum possit facere, quòd ea, quæ sunt præterita, non fuerint? Non. Ex defectu obiecti, non autem potentię suæ.

5 Vtrum Deus possit facere quæ non facit? Sic. Maximè loquendo de eius potentia absoluta.

6 Vtrum Deus possit meliora facere eadem? Sic. Quantum ad bonum, quod est extra essentiam rei: & qualibet re à se facta potest facere aliam meliorem.

QVAE-

QVAESTIO XXVI.

De beatitudine Dei.

1 Vtrum beatitudo competat Deo? Sic. Et maximè.

2 Vtrum Deus dicatur beatus secundum intellectum? Sic. Essentialiter.

3 Vtrum sit essentialiter Deus beatitudo cuiuslibet beati? Sic. Ex parte obiecti, non ex parte actus intelligendi.

4 Vtrû in beatitudine Dei includatur omnis beatitudo? Sic. Et eminentius.

QVAESTIO XXVII.

De processione siue origine diuinarum personarum.

1 Vtrum processio sit in diuinis? Sic. Secundum emanationem intelligibilem: & hoc de fide catholica.

2 Vtrum aliqua processio possit dici in diuinis generatio? Sic. Processio verbi.

3 Vtrum præter generationem possit esse aliqua processio in diuinis? Sic. Scilicet processio amoris.

4 Vtrum processio amoris possit dici generatio? Non.

5 Vtrum sint in diuinis plures processiones quàm duæ? Non. Quæ sunt processio Verbi, & Amoris.

QVAESTIO XXVIII.

De relationibus diuinis.

1 Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales? Sic. Quæ scilicet secundum illas processiones diuinas accipiuntur.
2 Vtrum illæ relationes sint ipsa essentia diuina, uel sint extrinsecus affixę? Sunt. Secundum rem ipsa essentia diuina, tan
3 tùm.
Vtrum in Deo relationes realiter distinctæ sint abinuicem? Sic Secundum rē
4 relatiuam, nō secundum rem absolutā.
Vtrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales? Sic. Scilicet paternitas, filiatio, spiratio, processio.

QVAESTIO XXIX.

De personis diuinis.

1 De diffinitione personæ? Vt dicit Boetius: scilicet est rationalis naturæ indiuidua substantia.
2 Vtrum persona sit idem, quod hypostasis, substantia, & essentia? Est idem cū primis, non cum tertia.
3 Vtrum nomen personæ competat diuinis? Sic. Excellentiùs, quàm creatis.
4 Vtrum nomen personæ diuinæ significet relationem, uel substantiam? Relationem per modum substantiæ; quæ est hypostasis, in natura diuina.

QVAE-

QVAESTIO XXX.

De pluralitate personarum.

1 Vtrum sint plures personæ in diuinis? Sic.

2 Quot sint personæ in diuinis? Tres tantum necesse est ibi ponere.

3 Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis? Sic. Illa scilicet de quibus dicuntur, addendo negationem.

4 Vtrum hoc nomen, persona, sit commune tribus personis in diuinis? Sic. Communitate rationis.

QVAESTIO XXXI.

De his quæ pertinent in diuinis ad vnitatem vel pluralitatem personarum.

1 Vtrum in diuinis sit trinitas? Sic. Et hoc nomine in diuinis utendum est.

2 Vtrum Dei filius possit dici alius à patre? Sic. Alius, non aliud.

3 Vtrum exclusiua dictio, solus, sit addenda termino essentiali in diuinis? Sic. Syncategorematicè tantùm, sumendo illam.

4 Vtrum dictio exclusiua possit adiungi termino personali? Non. Propriè loquendo.

QVAESTIO XXXII.

De cognitione diuinarum personarum.

1 Vtrum cognosci personarum diuinarum trinitas possit per rationem naturalẽ? Non.

2 Vtrum sint ponendæ notiones in diuinis? Sic. Et necesse est.

3 Vtrum sint tantum quinque notiones in diuinis vel plures? Sunt quinque tantum, id est, innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, processio.

4 Vtrum liceat circa notiones contrariè opinari? Non. Maximè si contrarium opinans cõsideraret simul, quòd ex hac opinione sua sequitur aliquid contrarium fidei.

QVAESTIO XXXIII.

De his quæ pertinent ad personam patris.

1 Vtrum patri competat esse principium in diuinis? Sic.

2 Vtrum hoc nomen pater sit proprium nomen personæ patris? Sic.

3 Vtrum per prius, hoc nomen pater, dicatur in diuinis personaliter, quàm essentialiter? Personaliter.

4 Vtrum sit propriũ patri esse ingenitum? Sic. Prout ingenitũ dicit nõ esse ab alio.

QVAE-

QVAESTIO XXXIIII.

De uerbo in diuinis.

1 Vtrum Verbum dicatur in diuinis esſentialiter, vel perſonaliter? Propriè ſumptum, perſonaliter: nullo modo, eſſentialiter.

2 Vtrum verbum ſit proprium nomen filij? Sic. Propriè.

3 Vtrum in nomine verbi importetur reſpectus ad creaturas? Sic. Vt à verbo expreſſas.

QVAAESTIO XXXV.

De hoc nomine filius quod eſt imago.

1 Vtrum hoc nomen imago in diuinis dicatur perſonaliter? Sic.

2 Vtrum imago ſit proprium nomen filij? Sic. Proprie: (ſecundum Doct. latin.)

QVAESTIO XXXVI.

De pertinentibus ad nomen S. S.

1 Vtrum nomen S.S ſit proprium nomen alicuius diuinæ perſonæ? Sic. Ex accommodato vſu ſacræ ſcripturæ: & in ui vnius dictioni ſumptum,

2 Vtrum persona illa quæ dicitur S.S. procedat a patre & filio? Sic. De fide.

3 Vtrum S.S. procedat a patre per filium? Sic. tanquã per verè coæqualem patri.

4 Vtrum pater & filius sint vnum principium S.S? Sic. De fide: & vnica spiratione spirant eum.

QVAESTIO XXXVII.

De nomine S.S. quod est amor.

1 Vtrum amor sit proprium nomen S. S? Sic. Sumptum personaliter.

2 Vtrum pater & filius diligant se Spiritu sancto? Sic. Sumendo, diligere, notionaliter.

QVAESTIO XXXVIII.

De hoc nomine S.S. quod est donum.

1 Vtrum donum possit esse nomen personale? Sic.

2 Vtrum sit proprium nomen S. S? Sic. personaliter sumptum.

QVAESTIO XXXIX.

De persona in comparatione ad essentiam.

1 Vtrum essentia in diuinis sit idem quod persona? Sic. Secundum rem, tantùm:

tùm : cùm tamen personæ ab inuicem realiter distinguantur.

2 Vtrum dicendum sit, quòd tres personæ sunt vnius essentiæ? Sic. Et quod una essentia est trium personarum.

3 Vtrùm nomina essentialia prædicanda sint de personis in singulari vel in plurali? Substantiuè sumpta in singulari tantùm: adiectiuè, in plurali.

4 Vtrum nomina essentialia concretiua possint supponere pro persona? Sic. Ex modo significandi: non ex re significata, cùm ex hac re supponat pro essentia.

5 Vtrum nomina essentialia in abstracto accepta possint supponere pro persona, ita quòd hæc sit vera, essentia generat essentiam? Non.

6 Vtrum personæ prædicari possint de nominibus essentialibus? Sic. Vt Deus est tres personæ, Deus est Trinitas.

7 Vtrum essentialia attributa sint approprianda personis? Sic. Et hoc est conueniens ad manifestationem fidei.

8 Vtrum cõuenienter à SS. doctoribus essentialia attributa personis approprientur? Sic. A diuersis diuersimodè; secundum diuersas considerationes.

QVAESTIO XL.

De personis in comparatione ad relationes, siue proprietates.

2 Vtrum relatio ſit idem, quod perſona? Sic. Realiter.

2 Vtrum perſonæ diſtinguantur, per relationes? Sic. Melius, quã per origines.

3 Vtrum abſtractis per intellectum relationibus à perſonis, remaneant hypoſtaſes? Non. De relationibus perſonalibus loquendo.

4 Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus? Sic. Et non: ſecundum diuerſas acceptiones tùm originis tùm proprietatum.

QVAESTIO XLI.

De comparatione ad actus notionales.

1 Vtrum actus notionales ſint attribuendi perſonis diuinis? Sic. Et hoc eſt neceſſe ad ſignificandum originis ordinem in ipſis perſonis.

2 Vtrum huiuſmodi actus ſint voluntarij, vel neceſſarij? Neceſſarij, & voluntarij concomitanter ſolum.

3 Vtrum per huiuſmodi actus perſona procedat de aliquo, vel de nihilo? De aliquo.

4 Vtrum ſit in diuinis ponere potentiam reſpectu actuum notionalium? Sic. Potentiam generatiuam, & ſpiratiuam.

5 Vtrum potentia generandi & ſpirandi, ſignificet relationem, vel ſubſtantiam? Relationem in obliquo, ſubſtantiam in recto.

6 Vtrum actus notionalis ad plures perſonas

nas terminari possit? Non. I. non possunt esse ibi plures patres, neque filij, neque Spiritus sancti.

QVAESTIO XLII.

De æqualitate & similit. diuinarum personarum.

1 Vtrum æqualitas locum habeat in personis diuinis? Sic. Et necesse est hoc.

2 Vtrum persona procedēs sit æqualis ei, a quo procedit, secūdum æternitatem? Sic. Et hoc est necesse.

3 Vtrum sit aliquis ordo in personis diuinis? Sic. Ordo naturæ. i. originis, absque prioritate.

4 Vtrum oēs personæ diuinæ sint æquales secundū magnitudinem? Sic. Et hoc est necesse

5 Vtrum una persona diuina sit in alia? Sic. Secundum essentiam, relationem, originem.

6 Vtrum personæ diuinæ sint æquales secundum potentiam? Sic. Et hoc est necesse.

QVAESTIO XLIII.

De missione diuinarum personarum.

1 Vtrum alicui personæ diuinæ conueniat mitti? Sic. Vt mitti dicit originem, & incipere esse nouo modo in aliquo.

2 Vtrum missio in diuinis sit æterna, vel

temporalis? Est temporalis tantum: si prædicatio sit essentialis.

3 Vtrum missio inuisibilis diuinæ personæ sit solùm secundum donum gratiæ gratum facientis? Sic.

4 Vtrum mitti conueniat patri? Nullo modo.

5 Vtrum inuisibiliter mittatur tam filius quàm S.S? Sic. Filius ad illuminandum intellectum, Spiritus sanctus ad inflammandum affectum.

6 Ad quos fiat missio inuisibilis? Ad omnes, in quibus fit quædã innouatio per gratiam.

7 De missione visibili? Vterque illorum tali missione conuenienter mittitur.

8 Vtrum persona diuina mittatur solùm ab ea, à qua æternaliter procedit? Sic. Si mittens designetur, vt principium personæ missæ? Non. Si mittens intelligatur pro principio effectus, secundum quem persona mitti dicitur.

QVAESTIO XLIIII.
De prima causa omnium entium.

1 Vtrum Deus sit causa efficiens omnium entium? Sic. Quocunq; modo sint; & necesse est hoc dicere.

2 Vtrum materia prima sit creata a Deo? Sic. Et oportet hoc ponere.

3 Vtrum Deus sit causa exemplaris rerum: vel sint aliqua alia exemplaria præter ipsum? Deus prima, & omnium:

aliqua alia secundaria,& aliquorum.

4 Vtrum Deus sit causa finalis rerum omnium?Sic. Diuina scilicet bonitas.

QVAESTIO XLV.

De creatione.

1 Quid sit creatio? Est ex nihilo aliquid facere, vt creatio est emanatio totius esse.

2 Vtrum Deus possit aliquid creare? Sic. Et omnia creauit.

3 Vtrum creatio sit aliquid in re creata? Sic. Secundum relationem tantùm ad creantem.

4 Cui cõpetat creari?Subsistenti, propriè.

5 Vtrum solius Dei sit creare? Sic. Ita quòd nec instrumentaliter alicui creaturæ conuenire potest.

6 Vtrum sit commune toti trinitati: an proprium alicuius personæ?Commune toti trinitati:licet diuinis personis attribuatur diuersimodè.

7 Vtrum aliquod vestigium trinitatis sit in rebus,creatis?Sic. Et, vltra hoc, in intellectualibus est imago.

8 Vtrum opus creationis admisceatur operibus naturæ,& artis?Non. Præsupponitur tamen vtrisque.

QVAESTIO XLVI.

De principio durationis rerum creatarum.

1 Vtrum creaturæ semper fuerint? Non. Et contrarium demõstrari non poteſt.

2 Vtrum eas incæpiſſe ſit articulus fidei? Sic. Ita quòd non eſt demonſtrabile.

3 Quomodo dicatur Deus in principio cœlum & terram creaſſe? In principio. i. in inſtanti temporis, vel. i. in filio: uel i. ante omnia.

QVAESTIO XLVII.

De diſtinctione rerum in communi.

1 Vtrum rerum multitudo & diſtinctio ſit a Deo? Sic. Ex intentione Dei.

2 Vtrum rerum inæqualitas ſit a Deo? Sic. Ex intentione eius.

3 Vtrum ſit vnus tantum mundus, vel plures? Vnus vnitate ordinis, ad duo reſpicientis.

QVAESTIO XLVIII.

De diſtinctione rerum in ſpeciali & primo de malo.

1 Vtrum malum ſit natura aliqua? Non. Nec eſt aliquod eſſe, nec aliqua forma.

2 Vtrum malum inueniatur in rebus? Sic

3 Vtrum bonum ſit ſubiectum mali? Sic.

In quantum subiectum priuationis est ens in potentia.

4 Vtrum malum totaliter corrumpat bonum? Non. Neque potest.

5 Vtrum malum sufficienter diuidatur in culpam & pęnam? Sic. In rebus voluntarijs, non de alijs, loquendo.

6 Vtrum plus habeat de ratione mali pœna, vel culpa? Culpa plus quàm pœna quæcunque, etiam quam priuatio gratiæ Dei, & gloriæ; vt tales priuationes sunt quædam pœnæ.

QVAESTIO XLIX.

De causa mali.

1 Vtrum bonum possit esse causa mali? Sic. Per accidens, non per se.

2 Vtrum summum bonum quod est Deus sit causa mali? Sic. Pœnæ: non culpæ, vt culpæ, neque etiam causa per accidens.

3 Vtrum sit aliquod summum malum, quod sit prima causa omnium malorum? Non. Nec potest esse.

QVAESTIO L.

De substantia angelorum absolutè.

1 Vtrum sit aliqua creatura omnino incorporea? Sic. Et necesse est hoc ponere.

2 Supposito quòd angelus sit talis, an sit

compositus ex materia & forma? Non. Sed omnino immaterialis.

3 De multitudine angelorum? Excedit, quasi incomparabiliter, multitudinem rerum materialium.

4 Vtrum angeli differant specie? Sic. Ita quòd non possunt duo esse eiusdem speciei.

5 Vtrum angeli sint incorruptibiles? Sic. Secundum naturam suam.

QVAESTIO LII.

De angelis in comparatione ad corpora.

1 Vtrum angeli habeant corpora sibi naturaliter vnita? Non.

2 Vtrum angeli corpora assumant? Sic. Quandoq;.

3 Vtrum angeli in corporibus assump. exerceant opera vitæ? Sic. Quantum ad id, quod est cõmune etiam operibus inanimatorum; non quantum ad id, quod est proprium viuentium.

QVAESTIO LIII.

De angelis in comparatione ad locum.

1 Vtrum angelus sit in loco? Sic. Per quamcunque applicationem uirtutis suæ ad illum locum.

2 Vtrũ possit esse in pluribus locis simul?

Non

Non ut sunt plures, comparati ad angelum.

3 Vtrum plures angeli possint esse in eodem loco? Non. Simul, & naturaliter: sed tantum vnus in uno.

QVAESTIO LIII.

De motu locali angelorum.

1 Vtrum angelus possit moueri localiter? Sic. Aequiuoce tamen respectu motus corporum.

2 Vtrum moueatur de loco ad locum per transeundo medium? Sic. Et non, secundum quod vult.

3 Vtrum motus Angeli sit in instati? Nō. Licet in tempore imperceptibili.

QVAESTIO LIIII.

De virtute cognoscitiua angeli.

1 Vtrum intelligere angeli sit sua substantia? Non potest esse, imò nec actio eius quæcunque.

2 Vtrum intelligere angeli sit suum esse? Non.

3 Vtrum intellectiua potentia angeli sit sua substantia? Non.

4 Vtrum in angelis sit intellectus agens & possibilis? Non. Nisi æquiuoce.

5 Vtrum in eis sit aliqua alia potentia, quàm

quàm voluntas & intellectus? Non. Nec poteſt eſſe.

QVAESTIO LV.

De modo cognitionis angelicę uno modo.

1 Vtrum angeli cognoſcant omnia per ſuã ſubſtantiam, vel per aliquas ſpecies? Per ſubſtantiam ſuam, ſeipſos: per ſpecies, alia.

2 Si per ſpecies; an per ſpecies connaturales: vel per ſpecies a rebus acceptas? Per connaturales.

3 Vtrum angeli ſuperiores cognoſcant per ſpecies magis vniuerſales, quàm inferiores? Sic. Vt vniuerſale ſe tenet ex parte medij cognoſcendi.

QVAESTIO LVI.

De cognitione angelica ex parte rerum immaterialium.

1 Vtrum angelus cognoſcat ſeipſum? Sic. Per ſuam ſubſtantiam.

2 Vtrum vnus cognoſcat alium? Sic. Per ſpecies.

3 Vtrum angelus per ſua naturalia cognoſcat Deum? Sic. Non tamen propter hoc eius eſſentiam uidet.

QVAESTIO LVII.

De cognitione angelorum quantum ad res materiales.

1 Vtrum angeli cognoscant naturas rerũ materialium? Sic. Per species earundem rerum in semetipsis existentes.
2 Vtrum cognoscant singularia? Sic. Per virtutem intellectiuam.
3 Vtrum cognoscant futura? Sic. Vt in suis causis, tantum.
4 Vtrum cognoscant cogitationes cordium? Non. Nisi vt sunt in suo ipsarum effectu.
5 Vtrum cognoscant omnia mysteria gratiæ? Cognitione naturali, nulla; supernaturali, aliqua plus & minus, secundũ quod Deus vult reuelare eis.

QVAESTIO LVIII.

De modo cognitionis angelicæ alio modo quam supra.

1 Vtrum intellectus angeli quandoq; sit in potentia, quandoq; in actu? Non. Nisi in potentia pure respectu reuelabilium, & mixta respectu naturaliter cognitorum.
2 Vtrum angelus possit multa simul intelligere? Non. Nisi una specie representetur: & cognitione, qua res vident in verbo.

3 Vtrum angelus intelligat discurrendo? Non. Vt discursus dicit processum ex vno cognito ad aliud per id cognoscendum: secus si dicat cognitionē unius in altero, vel etiam unius post cognitionē alterius.

4 Vtrum angelus intelligat componendo, diuidendo? Non. Sed intelligit compositionem, & diuisionem.

5 Vtrum intelligentia angeli possit esse falsitas? Non. Per se, sed per accidens; aliter, quàm in nobis; & loquendo de angelis malis.

6 Vtrum cognitio angeli possit dici matutina, uespertina? Sic. In angelis bonis: ut in ad secundum.

7 Vtrum hæ duæ cognitiones sint eędem, vel diuersæ? Diuersæ, si vespertina sit rerum per species: eædem secundum essentiam licet non secundum cognita, si vespertina sit rerum per visionem verbi. i. videndo verbum.

QVAESTIO LIX.

De voluntate angeli

1 Vtrum in angelis sit voluntas? Sic. Voluntas propriè dicta.

2 Vtrum voluntas angeli sit ipsa natura eorum, vel ipse intellectus eorum? Non. Neque angeli, neque creaturæ cuiuscunque.

3 Vtrum in angelis sit liberum arbitrium? Sic.

Sic. Et excellentius, quàm in hominib.
4 Vtrum in eis sit irascibilis & concupiscibilis? Non. Propriè: sed metaphoricè.

QVAESTIO LX.

De amore seu dilectione angeli.

1 Vtrum in angelis sit dilectio naturalis? Sic.
2 Vtrum in angelis sit dilectio electiua? Sic. Licet de cognitione aliter sit.
3 Vtrum angelus diligat seipsum dilectione naturali, an electiua? Vtraque. Sicut & homo.
4 Vtrum vnus angelus diligat alium naturali dilectione, sicut seipsum? Sic. Inquantum conuenit cum eo in natura: non secundum alias considerationes.
5 Vtrum angelus dilectione naturali diligat Deum plus, quàm seipsum? Sic. Et homo: secus de electiua in peccatoribus.

QVAESTIO LXI.

De productione angelorum in esse naturę.

1 Vtrum angelus habeat causam sui esse? Sic. Deũ pro causa: & hoc dicere, etiam de omni re præter Deum, est necesse.
2 Vtrum angelus sit ab æterno? Non. Neque aliquid præter Deum.

QVAESTIO LXIII.

De malitia angelorum quo ad culpam.

1 Vtrum malum culpæ possit esse in angelo? Sic. Secundum conditionem suæ naturæ.

2 Cuiusmodi culpæ, vel peccata in eis esse possint? Omnia. Secundum reatum: Duo, scilicet superbiæ primum, & inuidiæ consequenter secundum affectum.

3 Quid appetendo angelus peccauerit? Appetendo esse. Vt Deus innitendo videlicet sibi, vel vt vltimo fini, vel vt medio sufficienti ad consequendum vltimum finem.

4 Vtrum angeli naturaliter sint mali? Nō. Neque possunt habere inclinationem naturalem in malum.

5 Vtrum aliquis angelus in primo instanti suæ creationis potuerit esse malus per actum propriè voluntatis? Non.

6 Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli? Non. Sanctis cōformius loquendo.

7 Vtrum supremus inter cadentes fuerit simpliciter inter omnes angelos summus? Sic. Probabilius.

8 Vtrum peccatum primi angeli fuerit aliqua occasio alijs angelis peccandi? Sic. Exhortando, non cogendo.

9 Vtrum tot remanserunt quot ceciderūt? Sic. Imo plures.

QVAE-

QVAESTIO LXIIII.

De pœna Dæmonum.

1 Vtrum intellectus angeli mali sit omnino obtenebratus? Sic. Respectu cognitionis per gratiam affectiuæ; secus in speculatione tantùm consistentis, & naturalis.

2 Vtrum uoluntas Dæmonis sit obstinata in malo? Sic. De fide: sicut & bonorum angelorum est confirmata in bono.

3 Vtrum in Dæmonibus possit esse dolor? Sic. Secundum simplicem actum uolũtatis: non secundũ quòd passiones sunt.

4 De loco pœnali Dæmonum? Aer caliginosus vsque ad diem iudicij solum infernus.

QVAESTIO LXV.

De opere creationis quoad creaturam corporalem.

1 Vtrũ creatura corporalis sit à Deo? Sic. Quæcunque: & quęcunque spiritualis.

2 Vtrum facta sit propter bonitatem Dei? Sic. Tanquam propter finem ultimum.

3 Vtrum sit facta à Deo mediantibus angelis? Non.

4 Vtrum formæ corporum sint ab angelis aut immediatè a Deo? Primę. Immediatè a Deo: reliquæ, dempta intellectiua,

ua, eductæ de potentia materiæ: Nullę influxæ ab Angelis.

QVAESTIO LXVI.

De distinctione rerum primo creatarum.

1 Vtrum informitas materiæ creatæ præcessit tempore formationem ipsius? Nō. Si informitas sumatur pro carentia formæ.
2 Vtrum sit vna materia omnium corporalium? Non. Nisi analogicè.
3 Vtrum cęlum empyreum sit concreatū materiæ informi? Sic.
4 Vtrum tempus sit materiæ informi concreatum? Sic. Secundum alios sanctos ab Augustino.

QVAESTIO LXVII.

De opere distinctionis primæ diei.

1 Vtrum lux propriè in spiritualibus dici possit? Non. Nisi ly lux sumatur secundum vsum loquentium.
2 Vtrum lux corporalis sit corpus? Non.
3 Vtrum lux sit qualitas? Sic. Actiua, consequens formam substantialē solis, aut alterius corporis a se lucentis.
4 Vtrum conueniens fuerit prima die fieri lucem? Sic.

QVAE-

QVAESTIO LXVIII.

De opere secundæ diei.

1 Vtrum firmamentum factum sit secunda die? Sic. Secundum aliquam formationem eius, non secundum substantiam.

2 Vtrum corporales aquæ sint supra firmamentum? Sic. Diuersimodè sumptum.

3 Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis? Sic. Quacunque data opinione de firmamento, & aquis.

4 Vtrum sit tantum vnum cęlum, vel plures? Vnum. Et plures, secundum diuersas considerationes.

QVAESTIO LXIX.

De opere tertiæ diei.

1 Vtrum congregatio aquarum facta fuerit conuenienter tertia die? Sic.

2 Vtrum eadem die debuit fieri productio plantarum? Sic.

QVAESTIO LXX.

De opere ornatus 4. die facto.

1 Vtrum 4. die debuerint fieri luminaria? Sic. Ad ornatum cœli.

2 Vtrum conuenienter describatur causa produ-

productionis luminarium? Sic. Et prudenter describitur propter populum.

3 Vtrum luminaria cœli sint animata? Nō. Nisi æquiuocè.

QVAESTIO LXXI.

De opere ornatus 5. diei.

1 Vtrum opus 5. diei conuenienter describatur? Sic. Ad ornatum aquæ & aeris.

QVAESTIO LXXII.

De opere 6. diei.

1 Vtrum opus 6. diei conuenienter describatur? Sic. Ad ornatum terræ.

QVAESTIO LXXIII.

De pertinentibus ad diem 7.

1 Vtrum completio diuinorum operum ascribi debeat. 7. diei? Sic. Completio illa prima.

2 Vtrum Deus die 7. ab omni opere quieuit? Sic. Dupliciter.

3 Vtrum benedictio & sanctificatio 7. diei debeatur? Sic. Quo ad duo: ad quorum vnum refertur benedictio, ad aliud autem sanctificatio.

QVAE-

QVAESTIO LXXIIII.

De omnibus simul 7. diebus in communi.

1 Vtrum dicti dies sufficienter enumerentur? Sic.
2 Vtrum omnes isti dies sint vnus dies? Sic. Et non: secundum diuersos diuersa circa hoc attendentes.
3 Vtrum scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera sex dierum? Sic.

QVAESTIO LXXV.

De homine quo ad animam.

1 Vtrum anima sit corpus? Non. Sed corporis actus.
2 Vtrum anima humana sit aliquid subsistens? Sic. Intellectiua.
3 Vtrum animæ brutorum sint subsistentes? Non.
4 Vtrum anima sit homo; vel homo sit cõpositus ex corpore & anima? Est Compositus ex anima & corpore.
5 Vtrum anima humana sit composita ex materia & forma? Non. Et præcipuè.
6 Vtrum anima humana sit incorruptibilis? Sic. De fide.
7 Vtrum sit eiusdem speciei cum angelo? Non. Nec potest esse.

QVAE-

QVAESTIO LXXVI.

De vnione animæ ad corpus.

1 Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori, ut forma? Sic. De fide.
2 Vtrum multiplicetur secundum multiplicationem corporum? Sic. De fide.
3 Vtrum in corpore, cuius est forma intellectiuum principium, sit aliqua alia anima per essentiam differens? Non. Sed eadem intellectiua est virtualiter aliæ duæ.
4 Vtrum in eo sit aliqua forma substantialis præter animam intellectiuam? Non. Alioquin sequeretur hæresis.
5 Quale debeat esse corpus, cuius huiusmodi principium est forma? Humanum idest mixtum, ad æqualitatem complexionis plus aliis reductum.
6 Vtrum vniatur tali corpori mediante aliquo accidente? Non.
7 Vtrum vniatur sibi mediante aliquo corpore? Non.
8 Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis? Sic. Secundum totalitatem perfectionis, & essentiæ: non secundum totalitatem virtutis.

QVAESTIO LXXVII.

De potentijs animæ in generali.

1 Vtrum essentia animæ sit eius potentia?

Non. Nec poteſt eſſe.

2 Vtrum ſit tantum vna potentia, vel plures? Plures.

3 Quomodo potentiæ animæ diſtinguantur utrū per actus? Per actus, & obiecta.

4 Vtrum in potentijs animæ ſit aliquis ordo? Sic.

5 Vtrum anima ſit ſubiectum omnium potentiarum? Non Sed ſolum intellectus & voluntatis.

6 Vtrum potentiæ fluant ab eſſentia animæ? Sic. Omnes, tanquam a principio.

7 Vtrum vna potentia oriatur ex alia? Sic. Diuerſimodè iuxta diuerſitatem perfectionis & imperfectionis potentiarum.

8 Vtrum omnes potentiæ remaneant in anima poſt mortem? Sic. Actu, ſi ſint intellectus & voluntas; in virtute tātum, ſi aliæ.

QVAESTIO LXXVIII.

De numero potentiarum, & de numero ſenſuum.

1 Vtrum ſint diſtinguenda quinque genera potentiarum? Sic. In quinque: licet animæ ſint tres, & modi viuendi quattuor.

2 Vtrum conuenienter aſſignentur tres potentiæ vegetatiuæ partis? Sic. Generatiuum, nutritiuum, augmentatiuum.

3 Vtrum conuenienter aſſignentur quinque ſenſus exteriores? Sic. Viſus,auditus,olfactus,guſtus,tactus.

4 Vtrum ſenſus interiores conuenienter diſtinguantur?Sic.Vt ſint quattuor,ſenſus communis,imaginatiua,æſtimatiua, memoratiua.

QVAESTIO LXXIX.

De viribus intellectiuis.

1 Vtrum intellectus ſit potentia animæ vel eius eſſentia?Potentia eſt:nec eſt alicuius eſſentia,niſi Dei.

2 Si eſt potentia: utrum ſit potentia paſſiua?Sic.Modo perfectiuo.

3 Si eſt paſſiua: vtrum ſit ponere aliquem intellectum agentem? Sic. Et oportet.

4 Vtrum intellectus agens ſit aliquid animæ?Sic.Ille ſcilicet agens,de quo philoſophus loquitur.

5 Vtrum intellectus agens ſit vnus omniū? Non. Sed plures ſecundum pluralitatem animarum.

6 Vtrum memoria ſit in intellectu?Sic.Memoria intellectiua.

7 Vtrum memoria intellectiua ſit alia potentia ab intellectu? Non. Et nulla alia differentia potentiarum in intellectu eſſe poteſt;niſi poſſibilis & agentis.

8 Vtrum ratio ſit alia potentia ab intellectu?Non.

9 Vtrum ratio ſuperior & inferior ſint diuerſæ potentiæ? Nō. Diſtinctæ tamen ſecundum officia actuum, & diuerſos habitus.

10 Vtrum intelligentia ſit alia potentia præter intellectum? Non. Sed diſtinguitur ab eo, vt actus à potentia.

11 Vtrum intellectus ſpeculatiuus, & practicus ſint diuerſæ potentiæ? Non.

12 Vtrum ſynderesis ſit aliqua potentia intellectiuæ partis? Non. Sed habitus naturalis.

13 Vtrum conſcientia ſit aliqua potentia intellectiuæ partis? Non. Sed actus, propriè.

QVAESTIO LXXX.

De appetitu in communi.

1 Vtrum appetitus debeat poni aliqua ſpecialis potentia animæ? Sic. Et oportet.

2 Vtrum appetitus diuidatur in appetitum ſenſitiuum, & intellectiuum; ſicut in potentias diuerſas? Sic.

QVAESTIO LXXXI.

De ſenſualitate.

1 Vtrum ſenſualitas ſit vis appetitiua tantum? Sic. Et eſt nomen appetitus ſenſitiui.

2 Vtrum diuidatur in iraſcibilem & concupi-

cupi-

cupiſcibilem: ſicut in diuerſas potentias? Sic.

3 Vtrum iraſcibilis & concupiſcibilis obediant rationi? Sic. Dupliciter: ita quòd poſſunt reniti.

QVAESTIO LXXXII.

De voluntate.

1 Vtrum voluntas aliquid appetat ex neceſſitate? Non. Niſi neceſſitate finis, vel naturali.

2 Vtrum omnia ex neceſſitate appetat? Non. Sed aliqua tantum concurrente cognitione quadam.

3 Vtrum voluntas ſit eminentior quàm intellectus? Non. Niſi (interdum) ſecundum quid, & per comparationem ad alterum.

4 Vtrum voluntas moueat intellectum? Sic. Per modum agentis: licet ab intellectu moueatur per modum finis.

5 Vtrum voluntas diſtinguatur per iraſcibilem & concupiſcibilem? Non. Propriè loquendo de iraſcibili, & concupiſcibili.

QVAESTIO LXXXIII.

De libero arbitrio.

1 Vtrum homo ſit liberi arbitrij? Sic.

2 Vtrum liberum arbitrium ſit potentia,

vel habitus? Potentia: & non potest esse habitus.

3. Si est potentia, vtrum appetitiua uel cognitiua? Est appetitiua.

4. Si est appetitiua: vtrum sit eadem potentia cum uoluntate, vel alia? Est eadem.

QVAESTIO LXXXIIII.

Qualiter anima corpori vnita intelligat corporalia quæ sunt infra animam.

1. Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum? Sic. Cognitione immateriali, vniuersali, necessaria.

2. Vtrum cognoscat corpora per essentiam suam, vel per aliquas species? Non per essentiam; sed per species.

3. Vtrum anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas? Non. Sed est in potentia ad species tùm intelligibiles, tùm sensibiles.

4 Vtrum species intelligibiles effluant in ipsam ab aliquibus formis immaterialibus separatis? Non.

5 Vtrum anima nostra omnia quæ intelligit videat in rationibus æternis? Non. Nisi sicut in cognitionis principio.

6 Vtrum indigeat phantasmatibus ad hoc quòd actu intelligat? Sic. Tanquam materiali causa.

7 Vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles non conuertendo,

do se ad phantasmata? Nō. In præsenti.

8 Vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum virtutum? Sic. Loquendo de iudicio perfecto.

QVAESTIO LXXXV.

De modo & ordine intelligendi.

1 Vtrum intellectus noster intelligat res corporeas & materiales, abstrahendo species a phantasmatibus? Sic. Et necesse est hoc dicere.

2 Vtrum species intelligibilis abstracta a phantasmatibus se habeat ad intellectum nostrum, vt quod intelligitur: uel sicut quo intelligitur? Sicut quo res intelligitur: & sicut quod intelligitur secundariò.

3 Vtrum intellectus noster naturaliter prius intelligat magis vniuersale? Sic. Imò & sensus est priùs alicuius singularis communis.

4 Vtrum intellectus noster possit multa simul intelligere? Non. Nisi per modum vnius.

5 Vtrum intellectus noster intelligat componendo & diuidendo? Sic. Necesse habet.

6 Vtrum intellectus noster possit errare? Sic. Nisi circa quidditatem rei, per se loquendo.

7 Vtrum vnus possit eandem rem melius,

intelligere quàm alius? Sic. Ex parte in telligentis, non ex parte rei intellectæ.

8 Vtrum intellectus per prius cognoſcat indiuiſibile, quàm diuiſibile? Sic. Niſi ſit indiuiſibile & actu & potentia ſimul, vt punctus.

QVAESTIO LXXXVI.

Quid intellectus hominis cognoſcat de rebus corporalibus & materialibus.

1 Vtrum intellectus noſter cognoſcat ſingularia? Non. Directè & primò: ſed per reflexionem.

2 Vtrum cognoſcat infinita? Non. Niſi in potentia.

3 Vtrum cognoſcat contingentia? Non. Vt contingentia: niſi indirectè: ſecùs de rationibus vniuerſalibus & neceſſarijs contingentium.

4 Vtrum cognoſcat futura? Non. Niſi vt in cauſis ſuis.

QVAESTIO LXXXVII.

De cognitione animæ reſpectu ſui ipſius; & eorum quæ ad ipſam pertinent.

1 Vtrum anima intellectiua cognoſcat ſeipſam per eſſentiam ſuam? Non. Sed per actum ſuum.

Quo-

2 Quomodo cognoscat in se habitus existẽtes? Per actum habituum.

3 Quomodo intellectus cognoscat actum proprium? Per obiectum, in quod primò fertur.

4 Vtrum intellectus cognoscat voluntatis actum? Sic.

QVAESTIO LXXXVIII.

De cognitione animę respectu eorum quę sunt supra se.

1 Vtrum anima humana in statu præsentis vitæ cognoscat substantias immateriales secundum seipsas? Non. Nec per intellectum possibilem, nec agentem.

2 Vtrum possit ad earum notitiam peruenire per cognitionem rerum materialium? Non. Perfectè.

3 Vtrum Deus sit illud, quod a nobis primo cognoscitur? Non. Sed quidditas rei materialis.

QVAESTIO LXXXIX.

De cognitione animæ separatę.

1 Vtrum anima separata à corpore possit intelligere? Sic. Alio modo, quàm coniuncta.

2 Vtrum intelligat substantias separatas? Sic. Imperfectè tamen loquendo de cognitione naturali.

3 Vtrum intelligat omnia naturalia? Non. Cognitione certa & propria: licet omnia illa cognoscat cognitione confusa & communi.

4 Vtrum intelligat singularia? Sic. Sed non omnia.

5 Vtrum habitus scientiæ hic acquisitus remaneat in anima separata? Sic. Quantum ad id quod est in intellectu tantum.

6 Vtrum actus scientiæ hic acquisitus remaneat in anima separata? Sic. Sed alio modo.

7 Vtrum distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ? Nullo modo.

8 Vtrum animæ separatæ a corporibus cognoscant ea, quæ hic aguntur? Non. Cognitione naturali: sed animæ videntes Deum, cognitione altiori cognoscunt illa.

QVAESTIO XC.

De productione animę in esse naturæ.

1 Vtrum anima humana sit de substantia Dei? Non.

2 Supposito quòd sit facta: vtrũ sit creata? Sic. Propriè, nec potest aliter fieri: quãuis non ita sit de alijs formis.

3 Vtrum sit facta mediantibus angelis? Non. Licet aliqui hoc posuerint, secundum quòd angeli operantur in uirtute Dei.

4 Vtrum sit facta ante corpus? Non. Sed simul cum ipso.

QVAESTIO XCI.

De homine quo ad corpus & productione viri.

1 Vtrum corpus primi hominis sit factum de limo terræ? Sic. Conuenienter.

2 Vtrum corpus primi hominis sit immediate productum a Deo? Sic. Ita quod non potuerit produci per aliquam virtutem creatam.

3 Vtrum corpus primi hominis habuit conuenientem dispositionem? Sic. Ad talem formam, & tales operationes.

4 Vtrum productio corporis humani conuenienter in scriptura describatur? Sic. Illo scilicet speciali modo, ad ostendendum, quòd alia facta sunt propter hominem.

QVAESTIO XCII.

De productione corporis mulieris.

1 Vtrum in illa rerum productione debuit mulier produci? Sic. In adiutorium viri.

2 Vtrum debuit fieri de viro? Sic.

3 Vtrum debuit fieri de costa viri? Sic.

4 Vtrum facta fuerit immediate a Deo? Sic. Ita quòd solus ipse potuit formare illam de costa.

QVAESTIO XCIII.

De imagine ad quam dicitur homo factus.

1 Vtrum in homine sit imago Dei? Sic, imperfecta.

2 Vtrum imago Dei sit in irrationabilibus creaturis? Non. Propriè loquendo.

3 Vtrum imago Dei sit magis in homine quàm in angelo? Sic. Secundum quid: è contra, simpliciter.

4 Vtrum imago Dei sit in omni homine? Sic. Creationis, in omnibus: recreationis, in omnibus iustis: glorificationis, in beatis omnibus.

5 Vtrum imago Dei sit in homine per cõparationem ad essentiam, uel ad personas omnes, vel ad vnam earum? Ad prima duo.

6 Vtrum similitudo Dei inueniatur in homine secundum mentem? Sic. Per modum imaginis: sed secundum alias partes eius per modum uestigij.

7 Vtrum imago Dei sit in anima secundũ actus? Sic. Principaliter: secundariò, secundum potentias & habitus.

8 Vtrum imago Dei sit in homine per com parationem ad Deum? Sic. Secundum quòd fertur, uel nata est ferri in Deum.

9 Vtrum similitudo & imago conuenienter distinguantur? Sic. inquantum similitudo attenditur secundum virtutes,

&

& imago secundum proprietates naturales intellectualis naturæ.

QVAESTIO XCIIII.

De statu hominis quo ad intellectum in statu innocentiæ.

1 Vtrum primus homo viderit Deum per essentiam? Non. Secundum communem statũ illius vitæ; sed fortè in raptu.

2 Vtrum videre potuerit substantias separatas? Non. Per essentiam: licet altius, quàm nos.

3 Vtrum habuit omnium scientiam? Sic. Naturalium; non supernaturalium, nisi pro necessitate status illius.

4 Vtrum potuerit errare vel decipi? Non. Durante statu illo.

QVAESTIO XCV.

De statu hominis quo ad gratiam iustitiam, & virtutem in statu innocentiæ.

1 Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia? Sic.

2 Vtrum primus in statu innocẽtiæ habuit animæ passiones? Sic. Nõ tamẽ omnes.

3 Vtrum habuit omnes virtutes? Sic. Aliqualiter.

4 Vtrum opera eius fuissent æquè efficacia ad merẽdum sicut modò sunt? Sic. Simpliciter: non secundum quid

QVAESTIO XCVI.

De dominio quod homini congruebat statu innocentiæ.

1 Vtrum homo in ſtatu innocentiæ dominaretur animalibus? Sic. Naturaliter.
2 Vtrum dominaretur in illo ſtatu omni creaturæ? Sic. Exceptis Angelis.
3 Vtrum in illo ſtatu fuiſſent omnes homines ęquales? Non. In ſexu, ætate, iuſtitia, & alijs quibuſdam.
4 Vtrum in ſtatu illo homo dominaretur hominibus? Sic. Dominio ſubiectionis, non ſeruitutis.

QVAESTIO XCVII.

De his quę ad hominem pertinebant ad conſeruationem indiuidui in ſtatu innocentiæ.

1 Vtrum homo in ſtatu innocentiæ fuiſſet immortalis? Sic. Ex parte cauſæ efficientis, ſcilicet animæ vim ſupernaturaliter ſibi datam habentis ad præſeruandum corpus à morte.
2 Vtrum eſſet impaſſibilis? Sic. Et ſecundum animam, & ſecundum corpus; paſſione corruptiua; paſſibilis vero, ſecundum vtrumq; paſſione perfectiua.
3 Vtrum indigeret cibis? Sic. Ita quòd nõ poterat ſe conſeruare in perpetuum ſine cibo aliquo.

Vtrum

4 Vtrum per lignum vitæ consequeretur immortalitatem? Sic. Quodammodo; non simpliciter; inquantum prohibebat mortem usque ad determinatum tempus.

QVAESTIO XCVIII.

De his quæ ad hominem pertinent quòd ad conseruationem speciei per generationem.

1 Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio? Sic. Ad multiplicationem hominum.

2 Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio per coitum? Sic. Sine libidinis morbo; cum tranquillitate animæ & corporis.

QVAESTIO XCIX.

De conditione prolis tunc generandæ quo ad corpus in illo statu.

1 Vtrum in statu illo pueri mox generati habuissent perfectam uirtutem corpoream? Sic. Ad actus tantum pueritię conuenientes.

2 Vtrum omnes fuissent nati in sexu masculino? Non. Sed in sexu etiam fœminino.

QVAESTIO C.

De conditione prolis tunc generandæ quo ad iustitiam.

1 Vtrum omnes fuissent nati cum iustitia? Sic.

2 Vtrum omnes nascerentur in iustitia confirmati? Non. Nec videtur possibile contrarium.

QVAESTO CI.

De conditione prolis tunc generandæ quo ad scientiam.

1 Vtrum pueri nascerétur in scientia perfecti? Non. Sed eam tempore suo acquisissent sine difficultate.

2 Vtrum statim post natiuitatem habuissent perfectum vsum rationis? Non. Qualem habituri erant processu temporis: sed habuissent perfectiorem, quā nunc, pro statu illo.

QVAESTIO CII.

De loco producti hominis .i. paradiso.

1 Vtrum paradisus sit locus corporeus? Sic. Ex scriptura, in parte orientali:

2 Vtrum sit locus conueniens habitationi humanæ? Sic. Secundum primum immortalitatis statum.

3 Ad quid homo in paradiso positus fuerit? Vt. Operaretur,& custodiret, illum: dupliciter hoc intelligendo.

4 Vtrum homo debuit fieri in paradiso? Non. Homo primus.

QVAESTIO CIII.

De gubernatione rerum in communi.

1 Vtrum mundus ab aliquo gubernetur? Sic. Ita quòd contrarium est impossibile, propter duo.

2 Quid sit finis gubernationis ipsius? Deus. Tanquam ab omni re mūdi participatus,& repræsentatus.

3 Vtrum mundus gubernetur ab vno? Sic. Et oportet hoc dicere.

4 De effectibus gubernationis? Ex partè finis est unus effectus solùm: ex parte aliarum considerationum sunt plures.

5 Vtrum omnia subsint diuinæ gubernationi? Sic. Ita quòd contrariũ sit omninò impossibile.

6 Vtrum omnia gubernētur a Deo immediatè? Sic. Quantum ad rationem gubernationis: non quantum ad executionem gubernationis.

7 Vtrum diuina gubernatio cassetur in aliquò? Non. Ita quòd contrarium est impossibile.

8 Vtrum aliquod contrarietur diuinæ prouidentiæ? Non. In generali: sed in speciali.

QVAE-

QVAESTIO CIIII.

De effectibus diuinæ gubernationis, speciali.

1 Vtrum creaturæ indigeant vt conseruentur a Deo in esse? Sic. Ita quod nec per momentum consistere possent sine conseruatione diuina.
2 Vtrum conseruentur in esse à Deo immediatè? Non. Omnes: sed aliquæ mediantibus quibusdam causis.
3 Vtrum Deus possit aliquod redigere in nihilum? Sic. Per non influentiam ipsius esse.
4 Vtrum aliquid in nihilum redigatur? Non. Si loquamur de annihilatione totali.

QVAESTIO CV.

De mutatione creaturæ a Deo.

1 Vtrum Deus immediatè possit mouere materiam ad formam? Sic.
2 Vtrũ immediate possit mouere aliquod corpus? Sic. Et aliquod & quodcunque: ita quod contrarium nulli debet venire in dubium.
3 Vtrum possit mouere intellectum? Sic. Inquantum dat ei uirtutem ad intelligendum, & imprimit ei species intelligibiles, vtrumque conseruando in esse.
4 Vtrum possit mouere voluntatem? Sic.

Vt obiectum, & ut interius eam inclinans.

5 Vtrum Deus operetur in omni operante? Sic. Ita tamen quod operationem propriam a rebus non tollit.

6 Vtrum Deus possit aliquid facere præter ordinem rebus inditum? Sic. Prout pendet a causis secundis; non, prout pendet à prima, idest à se.

7 Vtrum omnia quæ Deus facit sunt miracula? Sic. Si fiant præter ordinem rerum creatarum.

8 De diuersitate miraculorum? Secundũ quòd magis vel minus excedit vim naturæ creatæ, dicitur miraculum maius, vel minus.

QVAESTIO CVI.

De hoc actu angelorum quod est inuicem illuminare.

1 Vtrum angelus vnus illuminet alium? Sic. Secundum virtutem intellectiuam, & similitudinem rei intellectæ.

2 Vtrum vnus moueat voluntatem alterius angeli? Sic. Inclinando tantùm eam exterius.

3 Vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem? Nunquàm.

4 Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de omnibus quæ cognoscit? Sic. & hoc est signum, quòd superiores sunt in plenissima (vt decet) participatione diuinæ bonitatis.

QVAE-

QVAESTIO CVII.

De locutione angelorum.

1 Vtrum angelus loquatur alijs? Sic.

2 Vtrum inferior loquatur superiori? Sic.

3 Vtrum angelus loquatur Deo? Sic. Vel consulendo ipsum, vel admirando; sed non ignotum aliquid ipsi notificando.

4 Vtrum in locutione angeli aliquid operetur distantia localis? Nullum impedimentum facit.

5 Vtrum omnes cognoscant locutionem vnius angeli ad alterum? Non. Nisi pro quanto vult loquens.

QVAESTIO CVIII.

De ordine angelorum secundum Hierar. & ordines.

1 Vtrum omnes angeli sint vnius Hierar? Non. Nisi consideretur hierarchia ex parte principis, scilicet Dei.

2 Vtrum in vna Hierar. sit tantum vnus ordo? Non. Sed est triplex.

3 Vtrum in vno ordine sint plures angeli? Sic. Inquantum distinguuntur per officia.

4 Vtrum distinctio Hierar. ordinum sit à natura? Sic. Dispositiuè: sed à gratia, completiuè.

5 De nominibus & proprietatibus singulorum

lorum ordinum? A Greg. & Dion. ponuntur secundum diuersam considerationem.

6 Vtrum conuenienter gradus ordinum assignentur? Sic. A Diony. & Greg. concorditer; præter quam in assignando principatus & virtutes.

7 Vtrum ordines durent post diem iudicij? Sic. Simpliciter quo ad distinctionem graduum; aliquo modo sic, & nõ, quo ad executionem officiorum.

8 Vtrum homines assumantur ad ordines angelorum? Sic. Secundum gratiam consideratos, non secundum conditionem naturæ.

QVAESTIO CIX.

De ordine malorum angelorum, scilicet dæmonum.

1 Vtrum ordines sint in dæmonibus? Non. Quo ad gloriam, nec gratiam: licet secundum gratiam fuerint in eis quandoque; sed quantum ad naturam.

2 Vtrum sit in eis prælatio? Sic. Naturalis.

3 Vtrum vnus dæmon illuminet alium? Non. Proprie loquendo de illuminatione.

4 Vtrum subiiciantur prælationi beatorũ angelorum? Sic. Ita quod dæmones per bonos regantur.

QVAE-

QVAESTIO CX.

De præsidentia angelorum super corporalem creaturam.

1 Vtrum corporalis creatura administretur per angelos? Sic. Et omnis.
2 Vtrum corporalis materia obediat angelis ad nutum? Non. Informando substantialiter.
3 Vtrum angeli possint mouere corpora localiter sua virtute? Sic.
4 Vtrum angeli boni vel mali possint facere miracula? Non. Sed mira.

QVAESTIO CXI.

De actione angelorum in homines.

1 Vtrum angelus possit illuminare intellectum hominis? Sic. Et secundũ quod proponit homini veritatem, & secundum quòd confortat intellectum humanum.
2 Vtrum possit immutare affectum eius vel voluntatem? Non. Nisi suasoriè, & ab extra.
3 Vtrum possit immutare imaginationem eius? Sic. Naturali sua virtute.
4 Vtrũ possit immutare sensum eius? Sic. Et ab interiori, & ab exteriori.

QVAESTIO CXII.

De missione angelorum ad homines.

1 Vtrum aliqui angeli mittantur in ministerium? Sic.
2 Vtrum omnes mittantur? Non. In ministerium exterius.
3 Vtrum illi qui mittuntur assistant? Sic. Quantum ad immediatam visionem Dei: non, quantum ad immediatam acceptionem secretorum diuinorum.
4 Vtrum de omnibus ordinibus mittantur vel de quibus? Seraph. Cherub. Thro. Dominat. non mittuntur: sed reliqui omnes.

QVAESTIO CXIII.

De custodia hominum a bonis angelis.

1 Vtrum homines ab angelis custodiãtur? Sic. Et hoc necessarium fuit.
2 Vtrum singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputentur? Sic.
3 Vtrum custodia pertineat solum ad vltimum ordinem angelorum? Sic. Custodia particularis.
4 Vtrum omni homini conueniat habere angelum custodem? Sic. Homini, vt viator, & quandiu est viator.
5 Quando incipiat custodia angeli circa hominem? A natiuitate extra vterum.

6 Vtrum

6 Vtrum angelus ſemper cuſtodiat hominem? Sic. Ita quòd nunquam totaliter deſerat eum.

7 Vtrum doleat de perditione cuſtoditi? Non. Proprie, neque quo ad peccata, neque quo ad pœnas illius.

8 Vtrum inter angelos ſit pugna? Sic. Ratione conſultatorum contrariorum, nõ voluntatum.

QVAESTIO CXIIII.

De impugnatione hominum a dæmonibus.

1 Vtrum homines a dęmonibus impugnẽtur? Sic. Ita quòd impugnatio ipſa procedit ex malitia dæmonum; ordo impugnationis a Deo.

2 Vtrum tentare ſit proprium diaboli? Sic. Semper ad peccatum; tanquam principalis agentis.

3 Vtrum omnia peccata hominum ex impugnatione, ſeu dæmonum tentatione proueniant? Non. Niſi indirectè.

4 Vtrum dæmones poſſint facere vera miracula ad ſeducendum? Non. Quandoque tamen ſunt veræ res, quas faciunt.

5 Vtrum dæmon ab homine ſuperatus ab impugnatione illius arceatur? Non. Niſi ad tempus.

QVAE-

QVAESTIO CXV.

De actione corporalis creaturæ.

1 Vtrum aliquod corpus sit actiuum? Sic. Secundum quòd est actu.

2 Vtrum in corporibus sint rationes seminales? Sic. Id est virtutes actiuæ, & passiuæ; quæ sunt principia generationum, & motuum naturalium.

3 Vtrum corpora cœlestia sint causa eorũ, quæ hic per inferiora corpora fiunt? Sic. Causa secunda.

4 Vtrum corpora cœlestia sint causa humanorum actuum? Non. Nec possunt esse.

5 Vtrum eorum actionibus subdãtur dæmones? Non. Nec per se; nec per accidens, nec directè, nec indirectè.

6 Vtrum corpora cœlestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni sub dantur? Non. Omnibus.

QVAESTIO CXVI.

De fato.

1 Vtrum fatum sit? Est. Non tamèn in sensu ponentium hoc pro quadam vi syderum.

2 In quo fatum sit? In rebus creatis, vt à Deo ordinantur ad effectus.

3 Vtrum sit immobile? Sic. Vt in causis secundis, tantũ vt sub sunt diuinæ prouidentiæ.

4 Vtrum omnia sub sint fato? Non. Sed aliqua: inquantum secundis causis subduntur, vel non.

QVAESTIO CXVII.

De actione hominis.

1 Vtrum vnus homo possit docere alium causando in ipso scientiam? Sic. Reducendo ipsum de potentia in actum.
2 Vtrum homo possit docere angelum? Non. Nisi cogitationes proprias ei manifestando per modum locutionis.
3 Vtrum homo per virtutem suæ animæ possit immutare materiam corporalẽ? Non. Nisi mediantibus aliquibus corporibus.
4 Vtrum anima hominis separata possit mouere corpora motu locali? Non. Virtute naturali.

QVAESTIO CXVIII.

De propagatione hominis quò ad animam.

1 Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine? Sic. Et aliæ huiusmodi formæ, quæ per se non subsistunt.
2 Vtrum anima intellectiua cum semine traducatur? Non. Et hæreticum est dicere contrarium.
3 Vtrum omnes animæ fuerint simul creatæ?

tæ? Non. Sed ſingillatim tunc vnaquæque creatur, quando ſuo corpori infunditur.

QVAESTIO CXIX.

De propagatione hominis quo ad corpus.

1 Vtrum aliquid de alimento cõuertatur in ueritatem humanæ naturæ? Sic. Inquantum accipit veritatem carnis, & oſſis &c.

2 Vtrum ſemen quod eſt principium humanæ generationis, ſit de ſuperfluo alimenti? Sic. Inquantum accipitur ex alimento, antequam alimentum ipſum conuertatur in ſubſtantiam membrorum.

Primæ Partis Finis.

PRIMA SECVNDAE

D. THOMAE

ECCLESIÆ SANCTÆ

DOCTORIS.

QVAESTIO PRIMA.

De vltimo fine hominis; In communi.

1. VTRVM homini conueniat agere propter finem? R. Sic. Semper. Dummodò actiones sint propriè humanæ, idest, a voluntate deliberata procedentes.

2 Vtrum agere propter finem sit propriū rationalis naturæ? Sic. Seipsam ducendo ad finem.

3 Vtrum actus humani recipiant speciem ex fine? Sic. Siue per modum actionum, siue per modum passionum sumpti.

4 Vtrum in finibus humanæ voluntatis procedatur in infinitum? Non. Per se. Neque ex parte intentionis, neque ex parte executionis.

5 Vtrum

5 Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines? Non. Simul.

6 Vtrum homo omnia, quæ vult, velit propter vltimum finem? Sic. Explicitè, vel implicitè; mediatè, vel immediatè.

7 Vtrum sit vnus vltimus finis omnium hominum? Sic. Quantum ad rationem vltimi finis: licet non quantum ad id, in quo vltimi finis ratio inuenitur.

8 Vtrum in illo vltimo fine aliæ creaturæ conueniant? Non. Vt dicit sui consecutionem: licet in illo, vt res est, conueniant.

QVAESTIO II.

De vltimo fine hominis in speciali, idest de beatitudine, in quibus sit.

1 Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitiis? Non. Neque in naturalibus, neque in artificialibus.

2 Vtrum beatitudo hominis consistat in honoribus? Non. Et hoc impossibile est.

3 Vtrum beatitudo hominis consistat in fama, seu gloria? Non. Et hoc impossibile est.

4 Vtrum beatitudo hominis consistat in potestate? Non. Et hoc impossibile est.

5 Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo corporis bono? Non. Et hoc impossibile est.

6 Vtrum beatitudo hominis consistat in voluptate? Non. Nec voluptas ipsa cor-

poralis esse potest accidens per se beatitudinis.

7 Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono animæ? Non. Nisi, dicatur beatitudo, id est beatitudinis adeptio.

8 Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato? Non. Et hoc impossibile est.

QVAESTIO III.

De beatitudine, quid sit.

1 Vtrum beatitudo sit aliquid increatum? Non. Quantum ad essentiam beatitudinis. Licet, quantum ad obiectum, sit.

2 Vtrum beatitudo sit operatio? Sic. Beatitudo scilicet creata.

3 Vtrum beatitudo sit operatio partis intellectiuæ tantum? Non. Sed intellectiuæ, essentialiter: sensitiuæ autem antecedenter, uel consequenter.

4 Vtrum beatitudo sit operatio intellectus tantum? Sic. Quantum ad essentiã beatitudinis. Licet sit consequenter uoluntatis; in quantum ad uolutatem pertinet delectatio, beatitudinem consequens.

5 Vtrum beatitudo sit operatio intellectus speculatiui? Sic. Magis, quam practici, i. tota consistit principaliter in contemplatione, secundariò autem in ordinatione actuum humanorum.

6 Vtrum beatitudo consistat in considera-

tione

tione scientiarum speculatiuarum? Nõ. Loquendo de beatitudine perfecta.

7 Vtrum beatitudo consistat in cognitione substantiarum separatarum.i.Angelorum?Non.Nisi imperfecta.

8 Vtrum beatitudo hominis sit in visione diuinæ essentiæ? Sic. Nec potest perfecta beatitudo consistere in aliquo alio.

QVAESTIO IIII.

De his,quæ exiguntur ad beatitudinem. 1

1 Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem? Sic. Necessario, concomitãter.

2 Vtrum in beatitudine sit principalius visio,quam delectatio? Sic.Necessariò.

3 Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio?Sic.Vt comprehensio est tentio rei alicuius iam præsentialiter habitæ.

4 Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo voluntatis? Sic. Antecedenter, & concomitanter.

5 Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus?Non Nisi ad imperfectam huius vitæ,necessariò:ad perfectam autem patriæ,de bene esse.

6 Vtrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis? Sic. Ad imperfectam hic,essentialiter: ad imperfectã autẽ illic, antecedenter,& consequẽter.

7 Vtrum ab beatitudinem requirantur aliqua exteriora bona? Non. Nisi ad imperfectam,& vt ei instrumentaliter deseruientia.

8 Vtrum ad beatitudinem requiratur amicorum societas? Non. Nisi tantum de benè esse; loquendo de perfecta.

QVAESTIO V.

De adeptione beatitudinis.

1 Vtrum homo possit consequi beatitudinem? Sic. A Deo eleuatus ad hoc. artic. 5.6.

2 Vtrum unus homo possit esse beatior altero? Sic. Quò ad beatitudinis adeptionem, licet non quò ad obiectum beatitudinis.

3 Vtrum aliquis in hac uita possit esse beatus? Nō. Nisi beatitudine imperfecta.

4 Vtrum beatitudo habita possit amitti? Non. Perfecta. Ad differentiam imperfectę.

5 Vtrū homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem? Non. Nec aliqua creatura. Loquendo de beatitudine perfecta.

6 Vtrum homo possit consequi beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ? Non. Sed solius Dei. Loquēdo de beatitudine perfecta.

7 Vtrum requirantur aliqua opera bona ad hoc, quod homo cōsequatur beatitu

dinem

dinem a Deo? Sic. Et hoc est etiam ori ginaliter ex Philosopho.
8 Vtrum omnis homo appetat beatitudinem? Sic. Consideratã secundum communem non secundum specialem rationem beatitudinis.

QVAESTIO VI.

De actibus humanis .i. uoluntarijs. Et de primò uoluntario,& in uoluntario.

1 Vtrum in actibus humanis inueniatur uoluntarium? Sic. Secundum perfectam rationem uoluntarij.
2 Vtrum uolũtarium inueniatur in animalibus brutis? Non. Nisi secundum imperfectam rationem uoluntarij.
3 Vtrum uoluntarium possit esse absq; omni actu? Sic. Tum exteriori, tũ interiori.
4 Vtrum uiolentia uoluntati possit inferri? Non. Quò ad actum proprium uoluntatis. Licet, quò ad actus à uoluntate imperatos, possit.
5 Vtrum uiolentia causet inuoluntarium? Sic. Directè.
6 Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter? Non. Sed, inuoluntarium secundum quid.
7 Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium? Non. Sed, magis uoluntarium.
8 Vtrum ignorãtia causet inuoluntarium? Sic. Vel simpliciter, si sit ignorantia se

habens antecedenter ad actum uoluntatis; vel quandoq; secundum quid, si se habeat consequenter ad actum; vel nullo modo, si se habeat concomitanter ad actum.

QVAESTIO VII.

De actuum humanorum circunstantijs.

1 Vtrum circunstantia sit accidens actus humani? Sic. Loquendo de circunstantijs actuum humanorum.

2 Vtrum circunstantię humanorum actuũ sint considerandę à Theologo? Sic.

3 Vtrum conuenienter enumerentur circunstantię in 3. Ethicorum? Sic. Octo.

4 Vtrum circunstantię, Propter quid, & ea in quibus est operatio, sint principales? Sic.

QVAESTIO VIII.

De actibus uoluntarijs in speciali. Et primo de à uoluntate elicitis. Et primò de velle quarum sit.

1 Vtrum uoluntas sit tantum boni? Sic. Apprehensi sub ratione boni; etiam si quandoque non sit bonum in rei ueritate.

2 Vtrum uoluntas sit finis tantum? Non. Nisi loquendo de uoluntate, ut stat pro

actu

actu directè uolito.

3 Vtrum uoluntas eodem actu moueatur in finem; & in id, quod est ad finem? Non. Nisi quando fertur in finem, secundum quod est ratio uolendi existentia ad finem: & quando fertur in existentia ad finem, vt sic. i. vt sunt ad finem.

QVAESTIO IX.

De motiuo uoluntatis. i. à quo ipsa moueatur.

1 Vtrum uoluntas moueatur ab intellectu? Sic. Tanquam à præsentante ei suum obiectum. Licet ea, tanquam mouens subiectum ad agendum, moueat intellectum.

2 Vtrum uoluntas moueatur ab appetitu sensitiuo? Sic. Ex parte obiecti.

3 Vtrum uoluntas moueat seipsam? Sic. Per hoc, quòd vult finem, mouet se ad uolendum ea, quæ sunt ad finem.

4 Vtrum uoluntas moueatur ab aliquo exteriori principio? Sic. Secundum quòd mouetur ad exercitium sui actus. i. ad uolendum.

5 Vtrum uoluntas moueatur à corpore cœlesti? Non. Ita quòd ipsum corpus neque per se, neque per accidens, potest imprimere directè in eam.

6 Vtrum uoluntas moueatur à Deo solo, sicut ab exteriori principio? Sic.

QVAESTIO X.

De modo, quo uoluntas mouetur.

1 Vtrum uoluntas ad aliquid naturaliter moueatur? Sic. Et ad bonum in communi; & ad ultimum finem; & ad omnia, quę conúeniunt uolenti secundum suam naturam.

2 Vtrum uoluntas moueatur de necessitate à suo obiecto? Non. Quantum ad exercitium actus. Licet, quantum ad specificationem actus, ab aliquo obiecto de necessitate moueatur.

3 Vtrum uoluntas moueatur de necessitate ab appetitu inferiori? Non.

4 Vtrum uoluntas moueatur de necessitate ab exteriori principio, quod est Deus? Non. Nisi in his, ad quæ ipsa naturaliter mouetur.

QVAESTIO XI.

De actu uoluntatis, qui ést fruitio.

1 Vtrum frui sit actus appetitiuę potentię? Sic.

2 Vtrum frui conueniat tantum rationali creaturę? Non. Nisi frui secundum rationem perfectam.

3 Vtrum frui sit tantum ultimi finis? Sic. Propriè quidem, respectu ultimi simpliciter; Sed non propriè, respectu ul-

timi

timi secundum quid.

4 Vtrum fruitio sit solum finis realiter habiti? Non. Nisi loquamur de fruitione perfecta.

QVAESTIO XII.

De actu uoluntatis, qui est intentio.

1 Vtrum intentio sit actus uoluntatis? Sic. Propriè, & principaliter: Licet presupposita ordinatione rationis.

2 Vtrum intentio sit tantum ultimi finis? Non. Licet semper sit finis.

3 Vtrum aliquis possit simul duo intendere? Sic.

4 Vtrum intentio finis sit idē motus cum uoluntate eius, quod est ad finem? Sic. Si uoluntas feratur in id, quod est ad finē propter finē. Licet non: Si in utrūque absolutè, & secundum se, sumptum feratur.

5 Vtrum intentio conueniat brutis animalibus? Non. Propriè. Sed improriè.

QVAESTIO XIII.

De actu uoluntatis, qui est electio.

1 Vtrum electio sit actus voluntatis? Sic. Substantialiter. Supposita tamen collatione quadam precedente facta à ratione.

2 Vtrum electio conueniat brutis animalibus?

bus? Non.

3 Vtrum electio sit solũ eorũ, quę sunt ad finem? Sic. Ita quod finis aliquis non, nisi ut existens aliqualiter ad finem, eligitur: quando eligitur.

4 Vtrum electio sit tanum eorum, quę per nos aguntur? Sic. Hoc est. Est semper actuum humanorum aliquo modo.

5 Vtrum electio sit solum possibilium? Sic. Pro talibus ab eligente reputatorum.

6 Vtrum homo eligat liberè? Sic.

QVAESTIO XIIII.
De consilio.

1 Vtrum consilium sit inquisitio? Sic.

2 Vtrum consilium sit solum de his, quę sunt ad finẽ? Sic. Formaliter. Idest. De quocunque est, est de eo tantum sub ratione hac, scilicet ut est ad finem.

3 Vtrum consilium sit solum de his, quę à nobis aguntur? Sic. Propriè sumptum.

4 Vtrum consilium sit de omnibus, quæ à nobis aguntur? Non. Puta, de rebus paruis; & de his, quę iam sunt determinata, qualiter fieri debent.

5 Vtrum consilium procedat ordine resolutorio? Sic. Incipiendo ab eo, quod in futuro intenditur: quousque perueniatur ad id, quod statim agendum est.

6 Vtrum consilium procedat in infinitum? Non. Neque ex parte principij, neque ex parte termini. Nisi sumendo ly in infinitum, in potentia; inquantum, scilicet

cet

cet possunt in infinitum aliqua occurrere consilio inquirenda.

QVAESTIO XV.

De actu uoluntatis, qui est consensus.

1 Vtrum consensus sit actus appetitiuę uirtutis? Sic.
2 Vtrum consensus conueniat brutis animalibus? Non. Propriè loquendo.
3 Vtrum consensus sit tantum de his, quę sunt ad finem? Sic. Propriè loquendo.
4 Vtrum consensus in actum pertineat solùm ad superiorem partem animæ? Sic.

QVAESTIO XVI.

De actu uoluntatis, qui est vsus.

1 Vtrum vti, sit actus uoluntatis? Sic. Primò, & principaliter ut primi mouentis. Licet rationis, ut dirigentis; & aliarum potentiarum, ut exequentium.
2 Vtrum vti, conueniat brutis animalibus? Non.
3 Vtrum usus possit esse ultimi finis? Non. Sed tantum eius, quod est ad finē; Propriè loquendo.
4 Vtrum usus præcedat electionem? Non. Nisi accipiatur usus, secundum quod uoluntas utitur ratione, mouendo ipsā.

QVAESTIO XVII.

De actibus à uoluntate imperatis.

1 Vtrum imperare sit actus rationis? Sic. Essentialiter. Præsupposito tamen actu uoluntatis.

2 Vtrum imperare pertineat ad animalia bruta? Non. Proprie sumendo imperium.

3 Vtrum usus præcedat imperium? Non. Sed è contra. Nisi secundum quòd usus, est in ratione referente eum in finem.

4 Vtrum imperium, & actus imperatus, sint actus unus? Sic. Vt quoddam totũ. Licet, secundum partes, sint multi.

5 Vtrum actus uoluntatis possit esse imperatus? Sic.

6 Vtrum actus rationis possit esse imperatus? Sic. Vel à nobis, uel solum à natura. Licet non quantùm ad obiectum, ut, scilicet ueritatem circa illud apprehendat.

7 Vtrum actus appetitus sensitiui imperetur? Sic. Ex parte potentię animę consideratus. Licet non semper: quando aliter consideratur.

8 Vtrum actus animæ uegetabilis imperentur. i. subdantur imperio rationis? Non.

9 Vtrum actus exteriorum membrorum imperentur. i. subdantur imperio rationis? Sic. A potentijs sensitiuis motorum: non autem consequentium uires naturales.

De bonitate & malitia actuum humanórum

1 Vtrum omnis actio humana sit bona? Non.
2 Vtrum actio hominis habeat bonitatem uel malitiam ex obiecto? Sic. Primum. Et huiſmodi dicitur bonum uel malum ex genere.i.ſecundum ſpeciem ſuam.
3 Vtrum actio hominis ſit bona uel mala ex circunſtantia? Sic. Debita.
4 Vtrum actio humana ſit bona uel mala ex fine? Sic. A quo dependet.
5 Vtrum actus morales differant ſpecie ſecundum bonum & malum? Sic.
6 Vtrum bonum & malum, quod eſt ex fine, diuerſificent ſpeciem in actibus? Sic. Formaliter.
7 Vtrum ſpecies,quę eſt ex fine, contineatur ſub ſpecie, quę eſt ex obiecto? Non. Sed è contra.
8 Vtrum aliquis actus ſit indifferens ſecundum ſuam ſpeciem? Sic.
9 Vtrum aliquis actus ſit indifferens ſecundum indiuiduum? Non. A deliberata ratione procedens.
10 Vtrum aliqua circunſtantia conſtituat actum moralem in ſpecie boni, uel mali? Sic.
11 Vtrum omnis circunſtātia augens bonitatem, uel malitiam, conſtituat actum moralem in ſpecie boni,uel mali? Non.

QVAESTIO XIX.

De bonitate, & malitia, actus interioris, uoluntatis.

1. Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex obiecto? Sic. Propriè.
2. Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex solo obiecto? Sic. Ad differentiam circumstantiarum, quę sunt quædam accidentia actus.
3. Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex ratione? Sic.
4. Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex lege ęterna? Sic. Multò magis, quam a ratione humana.
5. Vtrum voluntas discordans a ratione errante sit mala? Sic.
6. Vtrum voluntas concordans rationi erranti sit bona? Non. Et vltra hoc, est mala: nisi quando error rationis esset inuoluntarius, seu proueniens ex ignorantia excusabili totaliter.
7. Vtrum bonitas voluntatis in his, quæ sunt ad finem, dependeat ex intentione finis? Sic. Præcedente. Licet non a sequente, nisi reiteretur actus voluntatis, cum ea.
8. Vtrum quantitas bonitatis in voluntate sequatur quantitatem boni in intentione. i. vtrum aliquis habeat bonam uoluntatem tantum, quantum intenditur? Non. Licet quantitas bonæ intentionis redundet in uoluntatem.

Vtrum

9 Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex conformitate ad uoluntatem diuinam? Sic. Ita quod uoluntas nostra nõ est bona, nisi conformetur uoluntati diuinæ.

10 Vtrum necessarium sit; uoluntatem humanam conformari uoluntati diuinæ in uolito ad hoc, quod sit bona? Sic. Formaliter. Licet non semper materialiter.

QVAESTIO XX.

De bonitate, & malitia, exteriorum actuum humanorum.

1 Vtrum bonitas uel malitia per prius sit in actu uoluntatis, quam in actu exteriori? Sic. Nisi consideretur bonitas actus exterioris, secundum se, idest secundum debitam materiam, debitasq; circunstantias.

2 Vtrum tota bonitas & malitia exterioris actus dependeat ex voluntate? Non. Diuersimodè tamen. i. ad hoc quod actus exterior sit bonus non sufficit bona voluntas ex fine; sed requiritur, quod sit etiam bona ex proprio obiecto: Ad hoc autem, quod actus exterior sit malus sufficit quòd voluntas sit mala ex aliquo illorum.

3 Vtrum bonitas & malitia exterioris & interioris actus sit eadem? Sic. Quandoque.

4 Vtrum actus exterior aliquid addat de bonitate, & malitia, ad actum interiorem?

rem? Sic. Quandoque exterior est uoluntarius, & bonitas eius consideratur secundum se, idest materiam & circunstantias.

5 Vtrum euentus sequens addat aliquid de bonitate uel malitia ad actum præcedentem? Non. Nisi sit aut præcogitatus, aut per se, & ut in pluribus sequens ex tali actu.

6 Vtrum idem actus exterior possit esse bonus & malus? Non. In genere moris. Sed in genere naturæ.

QVAESTIO XXI.

De his, quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis, & malitiæ.

1 Vtrum actus humanus, inquantum est bonus uel malus, habeat rationem rectitudinis uel peccati? Sic.

2 Vtrum actus humanus inquantum est bonus, uel malus, habeat rationem laudabilis uel culpabilis? Sic.

3 Vtrum actus humanus, inquantum est bonus uel malus, habeat rationem meriti uel demeriti? Sic. Siue actus ille in bonum uel malum proprium, siue in bonum uel malum alterius singularis personæ de societate, siue in bonum uel malum totius collegii sit factus.

4 Vtrum actus humanus, inquantum est bonus uel malus, habeat rationem me-

riti uel demeriti,apud Deum? Sic.Duplici de causa.Quia .s. & Deus est ultimus finis hominis;& Deus est rector totius uniuersi.

QVAESTIO XXII.

De passionibus animæ; in generali. Et primò de subiecto earum.

1 Vtrum aliqua passio sit in anima? Sic. Et communiter, & propriè, & proprijssimè, dicta.
2 Vtrum passio sit magis in parte animæ appetitiua, quam in apprehensiua? Sic.
3 Vtrum passio sit magis in appetitu sensitiuo, quam intellectiuo, qui dicitur uoluntas? Sic.

QVAESTIO XXIII.

De differentia passionum ab inuicem.

1 Vtrum passiones, quæ sunt in concupisci bili, sint differentes ab his, quæ sunt irascibili? Sic. Specie.
2 Vtrum contrarietas passionum irascibilis sit secundum contrarietatem boni & mali? Sic. & etiam secundum accessum, & recessum ab eodem termino.
3 Vtrũ sit aliqua passio animæ nõ habens contrarium? Sic. Ira: Licet ei solum opponatur cessatio a motu, i. mitescere.

4 Vtrum ſint aliquæ paſſiones differentes ſpecie in eadem potentia, & non contrariæ ad inuicem? Sic. Vt; Amor, Odium.

QVAESTIO XXIIII.

De bono, & malo, circa paſſiones animæ

1 Vtrum bonum, & malum, morale poſſit in paſſionibus animæ inueniri? Sic. Vt uoluntarijs: non autem ut ſecundum ſe conſideratis.

2 Vtrum omnis paſſio animæ ſit mala moraliter? Non. Sed ordinata à ratione eſt bona: & præter rationem exiſtens eſt mala.

3 Vtrum paſſio addat, uel diminuat, ad bonitatem uel malitiam actus? Sic. Regulata ad bonitatem: irregulata ad malitiam.

4 Vtrum aliqua paſſio ſit bona, uel mala, moraliter ex ſua ſpecie? Sic. Secundum ſpeciem moris: licet non ſecūdum ſpeciem naturę.

QVAESTIO XXV.

De ordine paſſionum ad inuicem.

1 Vtrum paſſiones iraſcibilis ſint priores paſſionibus concupiſcibilis? Non. Sed è contra: excepto quòd paſſiones iraſcibilis præcedunt, ordine executionis reſpectu paſſionum concupiſcibilis quie-

tem.

tem in bono significantium.

2 Vtrum amor sit prima passionum concupiscibilis? Sic. Ordine executionis: licet non ordine intentionis.

3 Vtrum spes sit prima inter passiones irascibilis? Sic.

4 Vtrum gaudium, tristitia, spes, & timor, sint quatuor principales passiones? Sic.

QVAESTIO XXVI.

De passionibus animæ in speciali. Et primò de passionibus concupiscibilis.

1 Vtrum amor sit in concupiscibilis? Sic. Sensitiuus.

2 Vtrum amor sit passio? Sic. Propriè, si sit sensitiuus: communiter, si sit intellectiuus.

3 Vtrum amor sit idem, quod dilectio? Non. Sed est quid communius dilectione & charitate.

4 Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ? Sic. Diuisione analoga, idest secundum prius, & posterius.

QVAESTIO XXVII.

De causa amoris.

1 Vtrum bonum sit sola causa amoris? Sic. Ad differentiam mali. Et bonum siuè uerum,

uerum siuè apparens.

2 Vtrum cognitio sit causa amoris ? Sic. Ea ratione, qua & bonum.

3 Vtrum similitudo sit causa amoris ? Sic. Propriè loquendo. Amoris & amicitiæ uetæ.i.beneuolentiæ; & concupiscentię. i.amicitię tum utilis tum delectabilis.

4 Vtrum aliqua alia passionum animæ sit causa amoris ? Non. Vniuersaliter loquendo.i.respectu omnis amoris.

QVAESTIO XXVIII.

De effectibus amoris.

1 Vtrum unio sit effectus amoris ? Sic. Vnio tum realis, tum formalis.

2 Vtrum mutua inhęsio sit effectus amoris ? Sic. Hoc est. Quod amans est in amato, & amatũ est in amante; & quantum ad uim appræhensiuã, & quantum ad appetitiuam.

3 Vtrum extasis sit effectus amoris ? Sic. Dispositiuè; & directè.

4 Vtrum zelus sit effectus amoris ? Sic. Aliter tamen amoris concupiscentiæ, & aliter amoris amicitiæ.

5 Vtrum amor sit passio læsiua amantis ? Non, Loquẽdo de amore & formaliter, & respectu boni conuenientis.

6 Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit ? Sic.

QVAE-

QVAESTIO XXIX.

De odio.

1 Vtrum causa, & obiectum odij sit malum? Sic.
2 Vtrum odium causetur ex amore? Sic.
3 Vtrum odium sit fortius, quam amor? Non. Sed e contrà. Loquendo simpliciter: non autem secundum quid.
4 Vtrũ aliquis possit habere odio seipsum? Non. Per se. Licet per accidens possit.
5 Vtrum possit quis odio habere ueritatem? Sic. Vt repugnantem bono amato. Licet non, ut ueritatem.
6 Vtrum aliquid possit haberi odio in uniuersali? Sic. Licet non sit uniuersale, loquendo de odio sensitiuę partis.

QVAESTIO XXX.

De concupiscentia.

1 Vtrum concupiscentia sit tantum in appetitu sensitiuo? Sic. Propriè loquendo. Et in ui concupiscibili.
2 Vtrum concupiscentia sit passio specialis? Sic. Differens & specie ab amore, ac delectatione; & numero à concupiscere hoc, uel illud.
3 Vtrum sint aliquæ concupiscentię naturales, & aliquę non naturales? Sic. Naturales quidem homini cũ brutis communes: Non naturales uerò proprię

hominibus.

4 Vtrum concupiſcentia ſit infinita? Sic. Vel ſolum in potētia per ſucceſſionem, ut naturalis; vel etiam in actu, ut Non naturalis.

QVAESTIO XXXI.

De delectatione.

1 Vtrum delectatio ſit paſſio? Sic.

2 Vtrum delectatio ſit in tempore? Non. Secundum ſe accepta. Licet per accidēs, aliquandò.

3 Vtrum delectatio differat à gaudio? Sic. Vt genus à ſpecie.

4 Vtrum delectatio ſit etiam in appetitu in tellectiuo? Sic.

5 Vtrum delectationes corporales, & ſenſibiles, ſint maiores delectationibus ſpiritualibus, & intelligibilibus? Non. Sed e contrà. loquendo ſecundum ſe & ſim pliciter. Licet, quo ad nos, ſit quandoque aliter.

6 Vtrum delectationes tactus ſint maiores delectationibus, quæ ſunt ſecundū alios ſenſus? Sic. Simpliciter. Niſi reſpectu delectationum uiſus, ſecundum quòd uiſus deſeruit intellectui.

7 Vtrum aliqua delectatio ſit non naturalis? Sic. Per accidens.

8 Vtrum delectatio poſſit eſſe delectationi contraria? Sic.

QVAE-

QVAESTIO XXXII.

De causa delectationis.

1 Vtrum operatio sit prima & propria causa delectationis? Sic. Loquendo de operatione conuenienti.

2 Vtrum motus sit causa delectationis? Sic. Moderatus.

3 Vtrum spes, & memoria, sint causæ delectationis? Sic. Non tamen in gradu æquali.

4 Vtrum tristitia sit causa delectationis? Sic. Et ut in actu existens, & ut in memoria.

5 Vtrum actiones aliorum possint esse nobis causa delectationis? Sic. Tripliciter. Quoniam scilicet p actionê alterius uel consequimur aliquod bonum; uel fit nobis aliqua ęstimatio proprij boni; uel moueatur aut amor amicorum, si sit bona; aut odium inimicorum: si sit mala.

6 Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis? Sic.

7 Vtrum similitudo sit causa delectationis? Sic. Vt similitudo; licet non, ut corruptiua boni proprij.

8 Vtrum admiratio sit causa delectationis? Sic. Etiam admiratio eorum, quæ in se non sunt delectabilia.

QVAESTIO XXXIII.

De effectibus delectationis.

1 Vtrum dilatatio sit effectus delectationis? Sic.
2 Vtrum delectatio causet suipsius sitim, seu desiderium? Sic. Et secundum quòd est in memoria; Et secundum quod est in actu, diuersimodè tamen.
3 Vtrum delectatio impediat usum rationis? Sic. Extranea. Licet propria, non.
4 Vtrum delectatio perficiat operationem? Sic. Propria. Licet extranea, non.

QVAESTIO XXXIIII.

De bonitate, & malitia delectationum.

1 Vtrum omnis delectatio sit mala? Non.
2 Vtrum omnis delectatio sit bona? Non.
3 Vtrum aliqua delectatio sit optimum? Sic.
4 Vtrum delectatio sit mensura, uel regula; secundum quam iudicetur bonum, uel malum, in moralibus? Sic. Loquendo de delectatione secundum appetitum intellectiuum. i. uoluntatem.

QVAESTIO XXXV.

De dolore, & tristitia, secundum se.

1 Vtrum dolor sit passio animæ? Sic. Pro-

prijſſimè. Secundum tamen quòd eſt in appetitu ſenſitiuo.

2 Vtrum triſtitia ſit idem, quod dolor? Sic. Qui tamen ex interiori appręhenſione procedat. Aliàs triſtitia eſt quædam ſpecies doloris.

3 Vtrum triſtitia, ſeu dolor, ſit cōtraria delectationi? Sic.

4 Vtrum omnis triſtitia omni delectationi contrarietur? Non. Niſi uel conſiderentur ſecundum ſuum genus; uel ſint de eodem obiecto.

5 Vtrum delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria? Non. Neque per ſe, neque per accidens. Sumendo ly delectationi contemplationis, de ipſa contemplatione.

6 Vtrum ſit magis fugienda triſtitia, quam delectatio appetenda? Non. Sed è contra. Per ſe, loquendo.

7 Vtrum dolor exterior ſit maior, quam interior? Non. Sed è contrà. Simpliciter, & per ſe.

8 Vtrũ ſint tantũ quatuor ſpecies triſtitiæ, ſ. miſericordia, inuidia, anxietas, & accidia? Sic. Secundum quòd ſpecies dicuntur per applicationem triſtitię ad aliquid extraneum.

QVAESTIO XXXVI.

De cauſis triſtitiæ, ſeu doloris.

1 Vtrum bonum amiſſum ſit magis, cauſa doloris quam malum coniunctum?

Non. Sed è contra. Secundum quòd obiectum est causa doloris.

2 Vtrum concupiscentia sit causa doloris? Sic. Per consequens interdum.

3 Vtrum appetitus unitatis sit causa doloris? Sic. Impedimento dato, nè acquiratur, uel conseruetur, unitas desiderata.

4 Vtrum potestas, cui non potest resisti, sit causa doloris? Sic. Quando remanet inclinatio appetitus in contrarium.

QVAESTIO XXXVII.

De effectibus doloris, seu tristitiæ.

1 Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi? Sic. Plùs, & minus; iuxta proportionem & doloris, & amoris ad addiscendum.

2 Vtrum aggrauatio animi sit effectus tristitiæ uel doloris? Sic. Secundum magis, & minus.

3 Vtrum tristitia uel dolor debilitet omnē operationem? Sic. Si operatio comparetur ad tristitiam sicut id, de quo est tristitia.

4 Vtrum tristitia magis noceat corpori, quam aliæ passiones animæ? Sic.

QVAESTIO XXXVIII.

De remedijs tristitiæ, seu doloris.

1 Vtrum tristitia seu dolor mitigetur, per quam-

quamlibet delectationem ? Sic.

2 Vtrum tristitia seu dolor mitigetur per fletum ? Sic. Naturaliter.

3 Vtrum tristitia & dolor mitigentur per compassionem amicorum ? Sic. Naturaliter.

4 Vtrum per contemplationem ueritatis dolor & tristitia mitigentur ? Sic. Maxime; si sit contemplatio diuinorum, & futuræ beatitudinis.

5 Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per somnum, & balneum ? Sic.

QVAESTIO XXXIX.

De bonitate, & malitia, tristitiæ seu doloris.

1 Vtrum omnis tristitia sit mala ? Non. Moraliter. Licet omnis naturaliter sit quoddam malum.

2 Vtrum tristitia possit esse bonum honestum ? Sic. Secundum partem illam, qua est bonum.

3 Vtrum tristitia possit esse bonum utile ? Sic. Quantum ad motum, quo appetitus fugit, & repellit, contristans re uera fugiendum & repellendum.

3 Vtrum aliqua tristitia, seu dolor, sit summum malum hominis ? Non.

QVAESTIO XL.

De paſſionibus iraſcibilis. Et primò de ſpe, & deſperatione.

1 Vtrum ſpes ſit idem, quod deſiderium ſiue cupiditas? Non. Sed differt ab eo; ſicut paſſiones iraſcibilis à paſſionibus concupiſcibilis.

2 Vtrum ſpes ſit in ui appetitiua? Sic. Conſequente appræhenſionem boni futuri, ardui poſſibilis adipiſci.

3 Vtrum ſpes ſit in brutis animalibus? Sic. Et deſperatio.

4 Vtrum ſpei contrarietur deſperatio? Sic. Tanquam receſſus acceſſui.

5 Vtrum cauſa ſpei ſit experientia? Sic. Magis quam defectus ſpei.

6 Vtrum in iuuenibus, & ebrioſis, abundet ſpes? Sic. Et in ſtultis, & ratione non utentibus.

7 Vtrum ſpes ſit cauſa amoris? Sic. Inquantum reſpicit illum, per quem aliquid fit nobis poſſibile.

8 Vtrum ſpes conferat ad operationem? Sic. Per ſe.

QVAESTIO XLI.

De timore ſecundum ſe.

1 Vtrum timor ſit paſſio animæ? Sic. Proprijſſime poſt triſtitiam.

2 Vtrum timor ſit ſpecialis paſſio? Sic.

3 Vtrum ſit aliquis timor naturalis? Non. Niſi loquendo de natura cognitiua.

4 Vtrum conuenienter aſſignet ſex ſpecies timoris, ſcilicet ſegnities, erubeſcētia, uerecundia, admiratio, ſtupor, agonia? Sic.

QVAESTIO XLII.

De obiecto timoris.

1 Vtrum obiectum timoris ſit magis malum, quam bonum? Sic. Vt, per ſe magis; quam per accidens.

2 Vtrum malum naturæ ſit obiectum timoris? Sic. Si appræhendatur & ut propinquum, & cum aliqua ſpe euaſionis, ſeu dilationis.

3 Vtrum timor ſit de malo culpæ? Non. Secundum propriam rationem ſumpto .i. ut uoluntarium eſt.

4 Vtrum timor ipſe timeri poſſit? Sic. Inquantum prouenit ex cauſa extrinſeca.

5 Vtrum inſolita, & repentina, magis timeantur? Sic. De ſe.

6 Vtrum ea, contra quæ non eſt remedium, magis timeantur? Sic. Poſtquam aduenerint.

QVAESTIO XLIII.

De cauſa timoris.

1 Vtrum cauſa timoris ſit amor? Sic. Per modum diſpoſitionis materialis.

2 Vtrum causa timoris sit defectus? Sic. Per se. Per modum dispositionis materialis.

QVAESTIO XLIIII.

De effectibus timoris.

1 Vtrum timor faciat contractionem? Sic. Et formaliter, quantum ad appetitum animalem; & consecutiuè, quantum ad transmutationem corporalem.

2 Vtrum timor faciat consiliatiuos? Sic. Hoc est: uolentes, & solicitos, ad accipiendum consilium.

3 Vtrum timor faciat tremorem? Sic. Et pallorem, & dentium strepitum.

4 Vtrum timor impediat operationē? Nō. Ex parte animæ. Si sit moderatus idest non multum rationem perturbans.

QVAESTIO XLV.

De audacia.

1 Vtrum audacia sit contraria timori? Sic.

2 Vtrum audacia consequatur spem? Sic.

3 Vtrum defectus aliquis sit causa audaciæ? Non.

4 Vtrum audaces sint promptiores in principio, quā in fine, in ipsis periculis? Sic. Ad differentiam fortium.

QVAESTIO XLVI.

De ira, ſecundum ſe.

1 Vtrũ ira ſit paſſio ſpecialis? Sic. Per prædicationem & per cauſam; licet non per effectum.
2 Vtrum obiectum iræ ſit bonum? Sic. Sed & malum ideſt nociuum.
3 Vtrũ ira ſit in concupſcibili? Non. Sed in iraſcibili.
4 Vtrum ira ſit cum ratione? Sic. Quodam modo.
5 Vtrum ira ſit naturalior, quam concupiſcentia? Sic. ex parte ſubiecti, vt rationale eſt. Licet tũ ex parte ſubiecti, vt animal eſt; tùm ex parte obiecti: concupiſcentia ſit naturalior.
6 Vtrum ira ſit grauior, quàm odium? Nõ. Sed, è contra.
7 Vtrum ira ſit ſolum inter illos, ad quos eſt iuſtitia? Sic. Siue actiuè, ſiue paſſiuè, ſumatur ira.
8 Vtrum conuenienter aſſignentur ſpecies iræ tres, ſcilicet ſel, mania, & furor? Sic.

QVAESTIO XLVII.

De cauſa effectiua iræ, & de remedijs eius.

1 Vtrum ſemper motiuum irę ſit aliquid factum contra eum, qui iraſcitur? Sic.

2 Vtrum sola paruipensio, seu despectio, sit motiuum iræ? Sic. Per se.

3 Vtrum excellentia irascentis sit causa iræ? Sic. Considerando causam iræ secũdum habitudinem ad motiuum iræ.

4 Vtrum defectus alicuius sit causa: quod contra eum facilius irascamur? Sic. Si tamen defectus ipse augeat dignam despectionem.

QVAESTIO XLVIII.

De effectibus iræ.

1 Vtrum ira causet delectationem? Sic. Inquantum ad præsentiam vindictę sequitur delectatio.

2 Vtrum ira maximè causet feruorem in corde? Sic. Feruorem sanguinis, & spiritus.

3 Vtrum ira maximè impediat rationis vsum? Sic Præ cæteris passionibus.

4 Vtrum ira causet taciturnitatem? Sic. Et ex parte, qua ira est cum ratione: & ex parte, qua impedit rationem.

QVAESTIO XLIX.

De principijs intrinsecis humanorum actuum. Et primò de habitibus in generali, quo ad eorum substantiam.

1 Vtrum habitus sit qualitas? Sic. Secundũ

quòd

quòd nunc de eo loquimur.

2 Vtrum habitus sit determinata species qualitatis, Sic. Prima.

3 Vtrum habitus importet ordinem ad actum? Sic. Et principaliter, & consequenter.

4 Vtrum sit necessarium, esse habitum? Sic. Non tamen in Deo, neque in determinatis ad vnum.

QVAESTIO L.

De subiecto habituum.

1 Vtrum in corpore sit aliquis habitus? Sic. Vel principaliter, vel secundariò.

2 Vtrum anima sit subiectum habitus magis secundum essentiam suam, quàm secundum potentiam? Non. Sed è contra. Nisi loquamur de habitu hoc, scilicet de gratia Dei.

3 Vtrum in potentijs sensitiuæ partis possit esse aliquis habitus? Sic. Secundum quòd ipsæ operantur ex imperio rationis.

4 Vtrum in intellectu sit aliquis habitus? Sic. Propriè.

5 Vtrum in uoluntate sit aliquis habitus? Sic. Necessariò.

6 Vtrum in Angelis sint aliqui habitus? Sic. Non tamen eiusdem rationis cum habitibus hominum; nec ad omnia intelligibilia.

QVAE-

QVAESTIO LI.

De causa habituum. Et primò quantum ad generationem ipsorum.

1 Vtrum aliquis habitus sit a natura? Sic. Et dicitur habitus naturalis.
2 Vtrum aliquis habitus causetur ex actib.? Sic. Non tamen omnis.
3 Vtrum per vnum actum possit generari habitus? Non. Vt plurimum.
4 Vtrum aliqui habitus sint hominibus infusi a Deo? Sic.

QVAESTIO LII.

De augmento habituum.

1 Vtrum habitus augeantur? Sic. Et secundum se, & secundum participationem subiecti.
2 Vtrum habitus augeantur per additionem? Non vt plurimum.
3 Vtrum quilibet actus augeat habitum? Non. Immo aliquis disponit ad diminutionem, vel etiam totalem corruptionem, habitus.

QVAESTIO LIII.

De diminutione, & corruptione habituum.

1 Vtrum habitus corrumpi possit? Sic. Cu-

ius ſubiectum eſt corruptibile, vel cuius cauſa habet contrarium.

2 Vtrũ habitus poſſit diminui? Sic. Et per ſe; & per accidens.

3 Vtrum habitus corrumpatur, vel diminuatur, per ſolam ceſſationẽm ab opere? Sic. Per diuturnam.

QVAESTIO LIIII.

De diſtinctione habituum.

1 Vtrum multi habitus poſſint eſſe in una potentia? Sic.

2 Vtrum habitus diſtinguantur ſecundum obiecta? Sic. Specie differentia. Et ſecundum actiua principia habituum; & ſecundum naturam.

3 Vtrum habitus diſtinguantur ſecundum bonum, & malum? Sic. Diſtinctione ſpecifica.

4 Vtrum vnus habitus ex multis habitibus conſtituatur? Non. Etiam ſi ad multa ſe extendat.

QVAESTIO LV.

De habitibus, in ſpeciali. Et primò de habitibus bonis, ſcilicet virtutibus, donis, beatitudinibus, fructib. Et primò de uirtutibus; quantum ad ſuas eſſentias.

1 Vtrum uirtus humana ſit habitus? Sic.

2 Vtrum uirtus humana sit habitus operatiuus? Sic.

3 Vtrum uirtus humāna sit habitus bonus? Sic. Et boni operatiuus.

4 Vtrum uirtus conuenienter diffiniatur scilicet uirtus est bona qualitas mentis, qua recte uiuitur, qua nullus malè utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur? Sic. Et complectitur perfectè totam rationem uirtutis.

QVAESTIO LVI.

De subiecto uirtutis.

1 Vtrum uirtus sit in potentia animæ, sicut in subiecto? Sic.

2 Vtrum una uirtus possit esse in pluribus potentijs? Non. Ex æquo.

3 Vtrum intellectus possit esse subiectum uirtutis? Sic. Virtutis secundum quid, sumptus absque omni ordine ad uoluntatem: Virtutis simpliciter, sumptus cũ ordine ad uoluntatem.

4 Vtrum irascibilis, & concupiscibilis sint subiectum uirtutis? Sic. Secundum quòd participant rationem.

5 Vtrum uires apprehensiuæ sensitiuæ sint subiectum uirtutis? Non.

6 Vtrum uoluntas possit esse subiectum uirtutis? Sic. Ordinantis affectum hominis in Deum, uel in proximum.

QVAESTIO LVII.

De distinctione uirtutum. Et primo intellectualium.

1 Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint uirtutes ? Sic. Secundum quid.

2 Vtrum conuenienter distinguantur tres habitus intellectuales speculatiui, scilicet sapientia, scientia, & intellectus ? Sic.

3 Vtrum habitus intellectualis practicus, qui est ars, sit uirtus ? Sic. Secundum quid.

4 Vtrum prudentia sit uirtus distincta ab arte ? Sic.

5 Vtrum prudentia sit uirtus necessaria homini ? Sic. Maximè. Ad benè uiuendū.

6 Vtrum eubulia, synesis, & gnomen, sint uirtutes conuenienter adiunctę prudentię ? Sic.

QVAESTIO LVIII.

De distinctione uirtutum moralium ab intellectualibus.

1 Vtrum omnis uirtus sit moralis ? Non.

2 Vtrum uirtus moralis distinguatur ab intellectuali ? Sic.

3 Vtrum uirtus sufficienter diuidatur per moralem, & intellectualem ? Sic. Virtus humana.

4 Vtrum moralis uirtus possit esse sine intellectuali ?

tellectuali? Non. Sine aliqua, scilicet prudentia.

5 Vtrum intellectualis uirtus possit esse sine morali? Sic. Alię intellectuales: dempta prudentia.

QVAESTIO LIX.

De distinctione uirtutum moralium secundum comparationem ad passionem.

1 Vtrum uirtus moralis sit passio? Non.

2 Vtrum uirtus moralis possit esse cum passione? Sic. Vt ordinata à ratione.

3 Vtrum uirtus moralis possit esse cum tristitia? Sic. Moderata secundum rationis iudicium.

4 Vtrum omnis uirtus moralis sit circa passiones? Non. Sed quædam circa operationes.

5 Vtrum uirtus moralis possit esse absque passione? Non. Nisi moralis circa operationes: quę tamen potest esse cum passione, sicut cum aliquo consequente per redundantiam.

QVAESTIO LX.

De distinctione uirtutum moralium ab inuicem.

1 Vtrum sit una tantum uirtus moralis? Non. Sed plures specie differentes.

2 Vtrum

2 Vtrum uirtutes morales, quæ sunt circa operationes distinguantur ab his, quæ sunt circa passiones? Sic. Si operatio, & passio, comparentur ad uirtutem moralem tanquam effectus eius.

3 Vtrum circa operationes sit tantum una uirtus moralis? Non. Nisi generaliter. i. in quodam generali ratione iustitiæ.

4 Vtrum circa diuersas passiones sint diuersæ virtutes morales? Sic. Non tamen omnis diuersitas passionum sufficit ad diuersificandum uirtutes morales.

5 Vtrum uirtutes morales distinguantur secundum diuersa obiecta passionum? Sic. Respicientia diuersitatem potentiarum.

QVAESTIO LXI.

De uirtutibus Cardinalibus.

1 Vtrum uirtutes morales debeant dici cardinales. i. principales? Sic. Non tamen omnes.

2 Vtrum uirtutes cardinales sint quatuor? Sic. Et secundum principia formalia, & secundum subiecta. Hæ autem sunt prudentia, iustitia, tẽperantia, fortitudo.

3 Vtrum aliæ uirtutes magis dici debeant principales, quam istę? Non. Immo ad istas aliæ reducuntur.

4 Vtrum quatuor uirtutes cardinales differant ab inuicem? Sic. Consideratæ, prout determinantur ad materias speciales.

5 Vtrum uirtutes cardinales conuenienter diuidantur in uirtutes politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares? Sic. Diuiſione rationis.i. ꝑ conſideratione͂.

QVAESTIO LXII.

De uirtutibus theologicis.

1 Vtrum ſint aliquæ uirtutes theologicæ Sic. Hoc eſt. Principia diuinitus ſuperaddita homini; quibus ordinatur ad bea titudinem ſupernaturalem.

2 Vtrum uirtutes theologicæ diſtinguantur ab intellectualibus, & moralibus? Sic. Diſtincti.

3 Vtrum fides, ſpes, charitas, conuenienter ponantur uirtutes theologicæ? Sic.

4 Vtrum fides ſit prior ſpe, & ſpes charitate? Sic. Ordine generationis, ſecundum actus. Licet nec ſecundum habitus; nec ordine perfectionis.

QVAESTIO LXIII.

De cauſa virtutum.

1 Vtrum uirtus inſit nobis à natura? Non. Niſi intellectualis, & moralis ſecundum quandam inchoationem.

2 Vtrum uirtus poſſit cauſari in nobis ex aſſuetudine operum? Sic. Ordinans hominem ad bonum, quod ſecundum regulam rationis humanæ ſolum modificatur.

3 Vtrum aliæ uirtutes, preter theologicas, ſint in nobis per infuſionem? Sic. Vt ſunt proportionatæ uirtutibus theologicis.

4 Vtrum uirtus, quam acquirimus ex operum aſſuetudine, ſit eiuſdem ſpeciei cũ uirtute infuſa? Non.

QVAESTIO LXIIII.

De proprietatibus uirtutum. Et primò de medio earum.

1 Vtrum uirtutes morales ſint in medio? Sic. Hoc eſt, in conformitate ad regulam rationis.

2 Vtrum medium uirtutis moralis ſit medium rationis magis, quam rei? Sic. Imò rationis tantum. Excepto quòd in iuſtitia medium rationis eſt idem cum medio rei.

3 Vtrum uirtutes intellectuales conſiſtant in medio? Sic. Et ſpeculatiuæ, & practicę.

4 Vtrum uirtutes theologicæ conſiſtant in medio? Non. Prout ipſarum uirtutum regula eſt Deus. Licet prout earundem regula ſumitur ex parte noſtra, aliter dicendum ſit.

QVAESTIO LXV.

De connexione uirtutum.

1 Vtrum uirtutes morales ſint ad inuicem connexę? Sic. Perfectæ.

2 Vtrum

2 Vtrum uirtutes morales possint esse sine charitate? Non. Nisi acquisitæ.

3 Vtrum charitas possit esse sine aliis uirtutibus moralibus? Non.

4 Vtrum fides,& spes,possint esse sine charitate? Sic. Vt uirtutes imperfectæ,nō autem perfectæ,rationem habentes.

5 Vtrum charitas possit esse sine fide, & spe? Non. In uiatoribus.

QVAESTIO LXVI.

De æqualitate uirtutum.

1 Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor? Sic. In uirtutibus & specie differentibus absolute; & in uirtutibus eiusdem speciei conditionaliter: hoc est, si uirtus considerentur ex parte subiecti cā participantis.

2 Vtrum omnes uirtutes in eodem existentes sint æquales ? Sic. Aequalitate proportionis. Licet non quantum ad speciem, nec quantum ad inclinationē in actum.

3 Vtrum uirtutes morales præemineant intellectualibus ? Non. Nisi secundum rationem uirtutis. Aliàs, simpliciter loquendo, est è contrà.

4 Vtrum iustitia sit præcipua inter omnes uirtutes morales? Sic. Simpliciter. Licet fortitudo sit prima, & post fortitudinē temperantiā, inter morales illas quæ sunt circa passiones.

5 Vtrum

5 Vtrum ſapientia ſit maxima inter uirtutes intellectuales?Sic. Et tanquam architectonica.

6 Vtrum charitas ſit maxima inter uirtutes theologicas? Sic. Non quidem ex hoc,quod ſit circa maius obiectũ:ſed ex hoc,quod ſe habet propinquius ad obiectum ſcilicet Deum.

QVAESTIO LXVII.

De duratione uirtutum poſt hanc uitam.

1 Vtrum uirtutes morales cardinales maneant poſt hanc uitam? Sic. Perfectiſſimè in beatis. Secundum tamen ſuum formale tantummodo ſumptæ inquantum, ſcilicet & ratio beatorum erit rectiſſima,& vis appetitiua mouebitur totaliter ſecundum ordinem rationis: ſecundum ſtatum illum.

2 Vtrum virtutes intellectuales maneant poſt hanc vitam? Sic.Quo ad ſuum formale tantum. i.quantum ad hoc: quod ibi mouebunt ſpecies intelligibiles:non autem fantaſmata.

3 Vtrum fides maneat poſt hanc vitã? Nõ. Simul cum beatitudine.

4 Vtrum ſpes maneat poſt mortem in ſtatu gloriæ?Non.

5 Vtrum aliquid fidei, vel ſpei, remaneat in gloria?Non.Niſi aliquid fidei in genere non tamen, vt fidei: ſed ut dicentis

tis cognitionem. Hoc eſt, Remanet ibi cognitio: quæ tamen eſt tunc alterius ſpeciei, ideſt aperta ſuccedens ænigmaticæ cognitioni, quæ erat in fide.

6 Vtrum remaneat charitas poſt hanc vitam in gloria? Sic. Eadem numero.

QVAESTIO LXVIII.

De donis.

1 Vtrum dona differant a virtutibus? Sic. Secundum rationem, non quidem nominis, ſed motionis: inquantum ſ. utrũque perficit ad bene operandum, ſed tamen donum mouet ad ſic operandum ſecundum inſpirationem diuinam, & virtus ſecundum rationem humanam.

2 Vtrum dona hominis ſint neceſſaria ad ſalutem? Sic. Et in his rebus in quibus non ſufficit inſtinctus rationis, ſed eſt neceſſarius inſtinctus diuinus; & ad conſequendum finem ſupernaturalem.

3 Vtrum dona ſpirituſſancti ſint habitus? Sic. Quibus homo perficitur ad promptè obediendum ſpirituiſancto.

4 Vtrum conuenienter ſeptem dona ſpirituſſancti enumerentur? Sic.

5 Vtrum dona ſpirituſſancti ſint connexa? Sic. Sibi inuicem in charitate.

6 Vtrum dona ſpirituſſancti remaneant in patria? Sic. Perfectiſſimè. Quò ad eſſentiam donorum.

7 Vtrum dignitas donorum attendatur ſecundum

cundum enumerationem Isaiæ cap. 11. Sic. Vt dicamus. Dona sunt; Sapientia, intellectus, cõsilium, fortitudo, scientia, pietas, timor Domini.

8 Vtrum donis sint prẹferendẹ uirtutes? Non. Sed è contrà. Nisi loquamur de theologicis.

QVAESTIO LXIX.

De beatitudinibus.

1 Vtrum beatitudines distinguantur à uirtutibus et donis? Sic. Tanquam actus ab habitibus.

2 Vtrum prẹmia, quæ attribuuntur beatitudinibus, pertineant ad hanc uitã? Sic. Inchoatiuè. Licet ad aliam, perfectiuè.

3 Vtrum conuenienter Matth. 5. enumerentur beatitudines? Sic. Imò conuenientissimè.

4 Vtrum præmia beatitudinum conuenienter enumerentur? Sic. Imò conuenientissimè.

QVAESTIO LXX.

De fructibus.

1 Vtrum fructus spiritussancti, quos Apostolus ad Gal. 5. nominat, sint actus? Sic. Actus, scilicet hominis vt procedentes à Spiritusancto operante in nobis cum quadam suauitate.

2 Vtrum fructus à beatitudinibus differant? Sic. Inquantum, scilicet omnes beatitudines illę, Matth. 5. possunt dici fructus: sed non omnes fructus possunt dici beatitudines.

3 Vtrum fructus duodecim conuenienter enumerentur ab Apostolo? Sic. Et sunt per ordinem, Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

4 Vtrum fructus spiritussancti contrarientur operibus carnis? Sic. Secundum communem rationem utrorumque. Loquendo de operibus carnis ab Apostolo enumeratis Galat. quinto, scilicet fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia ebrietates, comessationes.

QVAESTIO LXXI.

De uitijs, & peccatis, secundum se.

1 Vtrum uitium contrarietur uirtuti? Sic Et peccatum, & malitia.

2 Vtrum uitium sit contra naturam? Sic. Hoc est. Contra id, quod conuenit alicui secundum naturam suam.

3 Vtrum uitium. i. habitus malus, sit peius, quam actus uitiosus? Non. Sed è contrà.

4 Vtrum peccatum possit esse simul cum uirtute?

uirtute? Non. Loquendo de peccato mortali, et de uirtute infusa.

5 Vtrum in quolibet peccato sit aliquis actus? Non. Vt puta: peccatum omissionis est quandoque (loquendo per se) absque omni actu & interiori, & exteriori.

6 Vtrum conuenienter diffiniatur peccatum, esse dictum uel factum uel coucupitum contra legem æternam? Sic.

QVAESTIO LXXII.

De distinctione peccatorum.

1 Vtrum peccata differant specie secundũ obiecta? Sic. Obiecta .s. Formalia.

2 Vtrum conuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus? Sic.

3 Vtrum peccata distinguantur specie secũdum causas? Non. Actiuas. Sed secundũ finales.

4 Vtrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum in seipsũ, & in proximum? Sic. Immo hæc est propriè distinctio secũdum diuersas peccatorum species.

5 Vtrum diuisio peccatorum, quę est secundum reatũ, diuersificet speciem? Non. Licet possit consequi diuersam peccatorum speciem.

6 Vtrum peccatum commissionis, & omissionis, differant specie? Non. Specie formaliter sumpta.

7 Vtrum conuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris, & operis? Sic. Tanquam non diuersas species completas, sed in diuersos gradus, peccati.

8 Vtrum superabundātia, & defectus, diuersificent species peccatorum? Sic. Et contrarietatem inducunt.

8 Vtrum peccata diuersificentur species secundum diuersas circunstantias? Non. Nisi circūstantiarum ipsarum corruptiones a diuersis motiuis proueniant.

QVAESTIO LXXIII.

De comparatione peccatorum ad inuicem.

1 Vtrum omnia peccata sint cōnexa? Non. Immo & sunt quandoque ad inuicem contraria.

2 Vtrum omnia peccata sint paria? Non.

3 Vtrum grauitas peccatorum uarietur secundum obiecta? Sic.

4 Vtrum grauitas peccatorum differat secundum dignitatem uirtutum, quibus opponuntur, Vt, scilicet maiori uirtuti grauius peccatum opponatur? Sic. Directe. Licet nō ex parte effectus: eò quòd uirtus quantò fuerit maior, tanto minora etiam peccata cohibet.

5 Vtrum peccata carnalia sint minoris culpę, quam spiritualia? Sic. Sed tamen maioris infamię.

6 Vtrum grauitas peccatorum attendatur secun-

secūdum causam peccati? Sic. Propriam .i. uoluntatem & causam quasi extrinsecam, dummodo sit finis.

7 Vtrum circunstantię aggrauent peccatū? Sic. Tripliciter. Vel transferendo peccatum. Cui ad ueniunt, in aliud genus peccati: Vel multiplicando solum rationem peccati; Vel augendo solum deformitatem peccati, ex alia circunstantia prouenientem.

8 Vtrum grauitas peccati augeatur secundum maius nocumentum? Sic. Si nocumentum sequatur per se, uel per accidens probabiliter, ex actu peccati: aut etiam si aliàs nocumentum sit intētum, uel saltem pręuisum.

9 Vtrum peccatum aggrauetur ratione personę, in quam peccatur? Sic. Et ratione coniūnctiones ad talem personam. s. uel Deum, uel seipsum, uel proximum.

10 Vtrum magnitudo personę peccantis aggrauet peccatum? Sic. Ex deliberatione, non ex surreptione, proueniens.

QVAESTIO LXXIIII.

De subiecto peccatorum.

1 Vtrum uoluntas possit esse subiectum peccati? Sic.

2 Vtrum sola uoluntas sit subiectum peccati? Non. Sed & omnes potentię, quæ possunt ad suos actus moueri, uel ab ipsis reprimi, per uoluntatem.

3 Vtrum in sensualitate possit esse peccatum? Sic.

4 Vtrum in sensualitate possit esse peccatũ mortale? Non. Stando solum in sensualitate .i. sine consensu uoluntatis.

5 Vtrum peccatum possit esse in ratione? Sic. Dupliciter: Vel errando in cognitione ueri, quod debet & potest scire. uel non dirigendo, secundum quod debet, inordinatos motus aliarum uirium.

6 Vtrum peccatum morosę delectationis sit in ratione? Sic.

7 Vtrum peccatum consensus in actum sit in ratione superiori? Sic.

8 Vtrum cõsensus in delectationem sit peccatũ mortale? Sic. Si sit in delectationẽ dẽ re cogitatã; quæ sit res secundum se peccati mortalis.

9 Vtrũ in ratione superiori possit esse peccatum ueniale, secundum quòd est directiua inferiorum uirium .i. secundum quòd consentit in actum peccati? Sic. Hoc est. Ratio superior, quando consentit in actum peccati uenialis, peccat solum uenialiter.

10 Vtrũ in ratione superiori, possit esse peccatũ ueniale, secundũ seipsam .i. secundũ quòd inspicit rationes æternas? Sic. In subitis .i. surreptitijs, motibus.

QVAESTIO LXXV.

De causis peccatorum, in generali.

1 Vtrum peccatum habeat causam? Sic.

Dis-

Dificientē.i.uoluntatem,ut carentē di. rectione regulæ suæ in agendo, uel etiā in non agendo.

2 Vtrum peccatum habeat causam interiorem? Sic. Et proximam, scilicet rationem, uoluntatemque: & remotam, scilicet imaginationem, appetitumque sensitiuum.

3 Vtrum peccatum habeat causam exteriorem? Sic. Dupliciter. Vel persuadendo peccatum rationi hominis. Vel causando sensationem exteriorem, quæ moueat appetitum sentituum. Tamen nullam harum sufficienter inducentem ad peccandum.

4 Vtrum peccatum possit esse causa peccati? Sic. Secundum quatuor genera causarum.

QVAESTIO LXXVI.

De causis peccatorum, in speciali.

1 Vtrum ignorantia possit esse causa peccati? Sic. Ignorantia, scilicet tollens scientiam prohibentem actum peccati. Et taliter peccare dicitur peccare per ignorantiam.

2 Vtrum ignorantia sit peccatum? Sic. Vincibilis; & eorum, quę quis scire tenetur.

3 Vtrum ingnorātia excuset totaliter á peccato? Non. Nisi sit aut inuincibilis, aut eorū, quæ talis homo scire non tenetur.

4 Vtrum ignorantia diminuat peccatum?

 Sic.

Sic. Quæ non est directè, & per se, uoluntaria; sed indirectè, & per accidens.

QVAESTIO LXXVII.

De causa peccati, ex parte appetitus sensitiui.

1 Vtrum uoluntas moueatur à passione appetitus sensitiui? Sic. Indirectè tantum.

2 Vtrum ratio possit superari à passione, contra suam scientiam? Sic.

3 Vtrum peccatum, quod est ex passione, debeat dici ex infirmitate? Sic.

5 Vtrum amor sui sit principium omnis peccati? Sic. Inordinatus.

5 Vtrum cõuenienter ponantur causæ peccatorum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ? Sic. Ad quæ tria etiam reducuntur omnes passiones, quæ sunt causæ peccati.

6 Vtrum peccatum alleuietur propter passionem? Sic. Præcedentem peccati actum.

7 Vtrum passio totaliter excuset à peccato? Non. Nisi quando ipsa actum sequentem reddit totaliter inuoluntarium.

8 Vtrum peccatum, quod est ex passione, possit esse mortali? Sic. Quando passionem inclinantem contra ultimum finem ratio deliberans potest reprimere, & non reprimit.

QVAESTIO LXXVIII.

De causa peccati, ex parte uoluntatis: quę dicitur malitia.

1 Vtrum aliquis peccet ex certa malitia? Sic.

2 Vtrum quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia? Sic.

3 Vtrum quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu? Non.

4 Vtrum ille, qui peccat ex certa malitia, grauius peccet: quam qui ex passione? Sic.

QVAESTIO LXXIX.

De causis exterioribus peccati. Et primò ex parte Dei.

1 Vtrum Deus sit causa peccati? Non. Neque directè, neque indirectè, hoc possibile est.

2 Vtrum actus peccati sit à Deo? Sic. Et ut est ens, & ut est actus. Licet non, ut est defectus peccati.

3 Vtrũ Deus sit cã ex cæcationis, & indurationis? Sic. Prout important iustam subtractionem gratiæ. Licet nõ, ut sunt motus animi auersi à diuino lumine, & inhærentis malo culpæ.

4 Vtrum excæcatio, & obduratio, ordinentur semper ad salutem eius, qui cæca-

 tur,

tur, & obduratur? Non. Sed quandoque.

QVAESTIO LXXX.

De causa peccati, ex parte diaboli.

1 Vtrum diabolus sit homini directè causa peccandi? Non. Sed solum ex parte obiecti, insufficienter & per modum persuadentis.

2 Vtrum diabolus possit inducere ad peccandum interius instingando? Sic. Phantasiam & appetitum sensitiuum commouendo: non autem uoluntatem interius inclinando.

3 Vtrum diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum? Non. Licet possit aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, quod genere suo est peccatum.

4 Vtrum omnia peccata hominum sint ex suggestione diaboli? Non. Nisi occasionaliter, & indirectè.

QVAESTIO LXXXI.

De causa peccati, ex parte hominis.

1 Vtrum primum peccatum primi hominis traducatur per originem in posteros? Sic. De fide.

2 Vtrum alia etiam peccata primi parentis, vel proximorum parentum tradu-

cantur in posteros? Non.

3 Vtrum peccatum primi hominis transeat per originem in omnes homines? Sic. De fide.

4 Vtrum si aliquis ex humana carne formaretur miraculosè, contraheret originale peccatum? Non.

5 Vtrum si Adam non peccasset, Eua peccante, filij originale peccatum contraherent? Non.

QVAESTIO LXXXII.

De originali peccato, quantum ad suam essentiam.

1 Vtrum originale peccatum sit habitus? Sic. Non quidem potentiæ ad agendũ; sed naturæ: quo malè se habet, tanquã languida.

2 Vtrum in vno homine sint multa originalia peccata? Non. Sed unum numero.

3 Vtrum peccatum originale sit concupiscentia. Sic, Materialiter. Licet formaliter sit defectus iustitiæ originalis.

4 Vtrum peccatum originale sit æquale in omnibus? Sic.

QVAESTIO LXXXIII.

De subiecto originalis peccati.

1 Vtrum peccatum originale sit magis in

carne quàm in anima? Non. Sed è contra. Tanquam in subiecto. Licet sit in carne, idest in semine corporali, tanquã in causa instrumentali.

2 Vtrum peccatum originale sit per prius in essentia animæ, quàm in potentijs? Sic.

3 Vtrum peccatum originale per prius inficiat voluntatem, quàm alias potentias? Sic. Infectione considerata secundũ inclinationem ad actum.

4 Vtrum prædictæ potentiæ, scilicet generatiua, concupiscibilis, & sensus tactus, sint magis infectæ, quàm aliæ? Sic.

QVAESTIO LXXXIIII.

De causa peccati, secundum quòd unum peccatum est causa alterius.

1 Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum? Sic. Loquendo de cupiditate diuitiarum.

2 Vtrum superbia sit initium omnis peccati? Sic. Superbia .i. inordinatus appetitus propriæ excellentiæ.

3 Vtrum propter auaritiam & superbiam, sint alia peccata specialia; quæ dici debeant capitalia? Sic. Quædam alia.

4 Vtrum conuenienter dicantur septem vitia capitalia? Sic. Scilicet; inanis gloria, gula, luxuria, auaritia, accidia, inuidia, ira.

QVAE-

QVAESTIO LXXXV.

De effectibus peccati. Et primò quantum ad corruptionem naturæ.

1 Vtrum peccatum diminuat bonum naturæ? Sic. Accipiendo bonum naturæ pro naturali inclinatione ad uirtutem.

2 Vtrum totum bonum humanæ naturæ possit auferri per peccatum? Non. Et impossibile est hoc, scilicet quòd naturæ inclinatio ad virtutem tollatur totaliter per peccatum; etiam in damnatis.

3 Vtrum conuenienter ponantur uulnera toti naturæ humanæ ex peccato primi parentis inflicta, Infirmitas, Ignorantia, Malitia, & concupiscentia? Sic. Quæ etiam quatuor ex alijs peccatis hominum in unoquoque plus, & minus, consequuntur.

4 Vtrum priuatio modi, speciei, & ordinis, sit effectus peccati? Sic. Vel totaliter auferens, uel solum diminuens ipsum modum, speciem, & ordinem.

5 Vtrum mors, & alij defectus corporales, sint effectus peccati? Sic. Per accidens tantum.

6 Vtrum mors, & alij defectus sint naturales homini? Non. Immo sunt contra naturam particularem, & contra inclinationem formæ. Licet secundum naturam & uniuersalem, & materiæ sibi derelictæ, sint naturales.

QVAESTIO LXXXVI.

De effectibus peccati; quantum ad maculam.

1 Vtrum peccatum causet aliquam maculam in anima? Sic. Metaphoricè dictam.

2 Vtrum macula maneat in anima post actum peccati. i. etiam transeunte actu peccati? Sic.

QVAESTIO LXXXVII.

De effectibus peccati; quantum ad reatum pœnę.

1 Vtrum reatus pœnę sit effectus peccati? Sic. Triplex. Scilicet à seipso, à Deo, ab homine gubernãte, prouenieris; hoc est, punitio pro peccato ab his tribus prouenire potest.

2 Vtrum peccatum possit esse pœna peccati? Sic. Per accidens.

3 Vtrum aliquod peccatum inducat reatum pœnę æternæ? Sic. Auferens charitatem.

4 Vtrum peccato debeatur pœna infinita secundum quantitatem? Non. Secundum quãtitatem molis: licet eã inducat secundum quantitatem durationis.

5 Vtrum omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ? Non. Sed solũ mortale.

6 Vtrum reatus pœnę possit remanere post peccatum.i. post remissionem peccati? Sic. Pœnæ satisfactoriæ. i.temporalis. Licet non pœnæ simpliciter. i. æternæ.

7 Vtrum omnis pœna sit propter aliquam culpam? Sic. Propriam, uel alienam, uel actualem, uel originalem; aut principaliter, aut consequenter seu reductiuè.

8 Vtrum aliquis puniatur pro peccato alterius? Non. In bonis animæ. Sed in bonis corporalibus.

QVAESTIO LXXXVIII.

De his quę distinguuntur secundum reatum.i.de peccato ueniali, & mortali.

1 Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale? Sic.

2 Vtrum peccatum mortale & ueniale differant genere? Sic. Secundum quòd genus, uel species actus, determinātur ex obiecto.

3 Vtrum peccatum ueniale sit dispositio ad mortale? Sic. Et directè ex parte agentis, inquantum scilicet augmentatur habitus ex multiplicatis actibus uenialium: Et indirectè .i. per remotionem prohibentis.i.subiectionis uoluntatis ad ordinem debitum.

4 Vtrum peccatum ueniale possit fieri mortale?

tale? Non. Nisi ex parte agentis. Inquantum, scilicet peccans uel constituit finem ultimum in peccato ueniali, quod facit; vel refert ipsum ueniale ad mortale (puta, ordinando uerbum iocosum ad fornicationem.

5 Vtrum circunstantia possit facere de ueniali mortale? Non. Nisi afferat deformitatem alterius generis verum tamen tunc non est amplius circunstantia formaliter. i. ut circunstantia; sed stat loco differentiæ specificæ.

6 Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale? Non. Nisi propter imperfectionem actus: i. propter hoc, quod actus de se mortalis non est à ratione deliberatus.

QVAESTIO LXXXIX.

De peccato ueniali secundum se.

1 Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima? Non. Nisi secundum quid.

2 Vtrum conuenienter peccata uenialia designentur. 1. Cor. 3. per lignum, fœnum, & stipulam? Sic.

3 Vtrum homo in statu innocentiæ potuerit peccare uenialiter? Non.

4 Vtrum angelus bonus, uel malus, possit peccare uenialiter? Non.

5 Vtrum primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia? Non. Si

motibus

motibus ipsis non consentiant. Quando scilicet ipsi primi motus sunt de re, quæ est in se peccatum mortale.

6 Vtrum peccatum ueniale possit esse in aliquo cum solo originali? Non.

QVAESTIO XC.

De lege, in communi.

1 Vtrum lex sit aliquid rationis? Sic.

2 Vtrum lex ordinetur semper ad bonum commune? Sic. Proprie dicta.

3 Vtrum ratio cuiuslibet sit factiua legis? Non. Sed ratio pertinens uel ad totam multitudinem, uel ad personam publicam totius multitudinis curam habentem.

4 Vtrum promulgatio sit de ratione legis? Sic. Ad hoc, ut lex uim obligandi habeat.

QVAESTIO XCI.

De diuersitate legum.

1 Vtrū sit aliqua lex æterna? Sic. Diuina.

2 Vtrum in nobis sit aliqua lex naturalis? Sic. Quæ est participatio legis æternæ in nobis.

4 Vtrum fuerit necessarium, esse aliquam legem diuinam? Sic. Ad directionem humanæ uitæ. Etiam data lege naturali, & lege humana.

5 Vtrum

5 Vtrum lex diuina sit una tantum? Non. Sed duplex, s. lex uetus, & lex noua.

6 Vtrum sit aliqua lex fomitis? Sic. Quæ est inclinatio sensualitatis, in pœnam ex lege diuina per diuinam iustitiam consequens hominem dignitate propria destitutum.

QVAESTIO XCII.

De effectibus legis.

1 Vtrum effectus legis sit facere homines bonos? Sic. Vel simpliciter, uel secundum quid.

2 Vtrum legis actus conuenienter assignentur imperare, prohibere, permittere, punire? Sic.

QVAESTIO XCIII.

De singulis legibus. Et primò de lege æterna.

1 Vtrum lex æterna sit summa ratio in Deo existens? Sic. Secundum quòd est directiua omnium actuum, & motionum, in ordine ad bonum commune; & Verbo æterno expressa.

2 Vtrum lex æterna sit omnibus nota? Sic. Secundum quòd est in suo effectu. i. secundum aliquã nostrã cognitionem ueritatis. Licet non, secundum quod est in seipsa.

3 Vtrum omnis lex a lege æterna deriuetur? Sic. Inquantum participās de ratione recta.

4 Vtrum necessaria & æterna subijciantur legi æternæ? Non. Pertinentia ad essentiam diuinam. Licet de creatis aliter dicendum sit.

5 Vtrum naturalia contingentia subsint legi æternæ? Sic. Immo & omnes motus, & actiones totius naturæ creatæ.

6 Vtrum omnes res humanæ subijciantur legi æternæ? Sic. Et boni, & mali homines.

QVAESTIO XCIIII.

De lege naturali.

1 Vtrum lex naturalis sit habitus? Non. Propriè, & essētialiter: licet sit id, quod habitu tenetur.

2 Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta? Sic. Secundum ordinem inclinationum naturalium. Fundata tamen quodammodò super principium unum scilicet, bonum est faciendum, atque prosequendum, & malum est vitandum.

3 Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ? Sic. Prout sunt virtuosi. Licet non, prout in proprijs speciebus cōsiderantur.

4 Vtrum lex naturæ sit una apud oēs? Sic. Quantum ad prima principia commu-

nia & secundum rectitudinem, & secundum notitiam. In quãtum, scilicet apud omnes istud & rectum & cognitum naturaliter, pro uero est; ut secundum rationem agatur.

5 Vtrum lex naturæ mutari possit? Non. Per modum subtractionis. Quantum ad prima principia ipsius legis. Licet possit mutari per modum additionis, idest quod aliqua addantur supra legem naturalem.

6 Vtrum lex naturæ possit a corde hominis aboleri? Non. Quantum ad principia communissima: & in vniuersali.

QVAESTIO XCV.

De lege humana.

1 Vtrum fuerit utile; aliquas leges poni ab hominibus? Sic. Immo & necessariũ: ad pacem hominum, & uirtutem.

2 Vtrum omnis lex humanitus posita deriuetur a lege naturali? Sic. Inquantum habet de ratione legis.

3 Vtrum Isidorus conuenienter qualitatẽ legis positiuæ describat, dicens, quòd lex positiua debet esse congrua & religioni, & disciplinæ, & saluti; honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem; loco, tempori conueniens; necessaria, vtilis, manifesta, pro communi vtilitate ciuium scripta? Sic.

4 Vtrum Iſidorus conuenienter ponat diuiſionem legum? Sic. Secundum uariã conſiderationem.

QVAESTIO CXVI.

De poteſtate legis humanæ.

1 Vtrum lex humana debeat poni in commun? Sic. Hoc eſt. Lex ad multa reſpicere debet; Et ſecundum negotia, & ſecundum tempora.

2 Vtrum ad legem humanam pertineat, omnia vitia cohibere? Non. Sed ſolum grauiora; a quibus poſſibile eſt, maiorẽ partem multitudinis abſtinere.

3 Vtrum lex humana præcipiat actus omnium uirtutum? Non Sed ſolum illos, qui ſunt ordinabiles ad bonum commune.

4 Vtrum lex humana imponat homini neceſſitatem in foro conſcientiæ? Sic. Iuſta.

5 Vtrum omnes ſubijciantur legi? Sic. Qui ſubduntur poteſtati ferentis legem.

6 Vtrum ei, qui ſubditur legi, liceat præter uerba legis agere? Sic. In caſu, quo obſeruatio uerborum legis eſſet communi ſaluti damnoſa.

QVAESTIO XCVII.

De mutatione legum.

1 Vtrum lex humana debeat mutari aliquo

mo? Sic Duplici de causa. Rationis, scilicet quando procedit de imperfecto ad perfectum in mutatione legis: Vel causa hominum alterius conditionis morum à premiis.

2 Vtrum lex humana semper sit mutanda, quando occurrit aliquid melius? Non. Nisi uel maxima, euidentissimaque utilitas, uel maxima necessitas, id exposcat: hoc est (quod in eundem sensum tandem redit) nisi ex alia parte tantum communi saluti recompensetur, quantum ex ista parte ei derogatur.

3 Vtrum consuetudo possit obtinere uim legis? Sic Et abolere legem, & interpretari ipsam. Dummodo sit consuetudo uera (ad quod multa requiruntur): non autem corruptela, siuè abusus.

4 Vtrum rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare? Sic. Non ad libitum, sine iusta causa: sed cum debito pondere, & mensura.

QVAESTIO XCVIII.

De lege veteri.

1 Vtrum lex uetus fuerit bona? Sic. Absq; omni dubio. Sed simpliciter imperfecta.

2 Vtrum lex uetus fuerit à Deo? Sic. Viuo, & uero; qui est pater Domini nostri IESV Christi.

3 Vtrum lex uetus data fuerit per Angelos? Sic

4 Vtrum

4 Vtrum lex uetus dari debuerit soli populo Iudęorum? Sic. Et alia beneficia specialia.

5 Vtrum omnes homines obligarentur seruare legem ueterem? Non. Nisi quã-tum ad præcepta naturæ ibi contenta.

6 Vtrum lex uetus conuenienter data fuerit tempore Moysis? Sic. Immo & conuenientissimè.

QVAESTIO XCIX.

De præceptis legis veteris.

1 Vtrum in lege veteri contineatur solũ vnum præceptum? Non. Nisi secundum ordinem ad vnum finem Hoc est. Præcepta legis veteris sunt unum præceptũ secundum quod ordinantur ad unum finem: sunt autem multa secundum diuersitatem eorum, quæ ordinantur ad illum finem.

2 Vtrum lex uetus contineat pręcepta moralia? Sic.

3 Vtrum lex uetus contineat præcepta cæremonialia, præter moralia? Sic.

4 Vtrum in lege veteri, præter præcepta moralia, & cæremonialia, sint etiam præcepta iudicialia? Sic.

5 Vtrum aliqua alia præcepta contineantur in lege ueteri præter moralia, cæremonialia, & iudicialia? Non. Licet omnia alia ordinentur ad horum triũ præceptorum obseruationem.

6 Vtrum

6 Vtrum lex uetus debuerit inducere ad obseruantiam præceptorum per temporales promissiones, & comminationes? Sic.

QVAESTIO C.

De singulis generibus præceptorum veteris legis. Et primò de præceptis moralibus.

1 Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ? Sic. Diuersimodè. Hoc est. Vel ita, vt statim per se quisque de his dijudicet: vel ita, vt adminiculo sapientum: vel ita, ut instructione diuina, per quam instruimur de diuinis.

2 Vtrũ præcepta moralia legis sint de omnibus actibus uirtutum? Sic. Proportione tamen illorum seruata.

3 Vtrum omnia præcepta moralia ueteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi? Sic. Diuersimodè: scilicet uel ut principia in conclusionibus, uel ut conclusiones in principijs.

4 Vtrum præcepta decalogi conuenienter distinguantur? Sic. Tria in ordine ad Deum, & septem in ordine ad proximum.

5 Vtrum præcepta decalogi conuenienter enumerentur? Sic.

6 Vtrum conuenienter ordinentur decem præcepta decalogi? Sic.

7 Vtrum præcepta decalogi conuenienter tradantur? Sic.

8 Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia? Non. Formaliter loquendo.i.sumpta quantũ ad rationem iustitiæ, quam continent Licet, si sumantur, ut res tantum, sint quandoque à Deo dispẽsabilia illa, quæ ordinantur ad proximum.

9 Vtrum modus uirtutis cadat sub præcepto legis? Non. Quãtum ad hoc, quòd aliquis ex habitu uirtutis operetur. Licet; quantum ad hoc, quòd aliquis operetur sciens uel ignorans, cadat sub præcepto. Quod autem operetur uolens cadit quidem sub præcepto legis diuinæ: non autem humanæ.

10 Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto diuinæ legis? Non. Nisi sub præcepto illo, Diliges dominum Deum tuum; & diliges proximum tuum.

11 Vtrum conuenienter distinguantur alia moralia præcepta legis præter decalogum? Sic. Vt quædam superaddita decalogo, & reducibilia ad ipsum.

12 Vtrum præcepta moralia ueteris legis iustificarent? Non. Propriè; iustitiam causando.

QVAESTIO CI.

De præceptis cæremonialibus.

1 Vtrum ratio præceptorum cæremonialium in hoc consistat, quòd pertinent ad

cultum Dei ? Sic. Propriè.

2 Vtrum præcepta cæremonialia sint figuralia ? Sic. Et futuræ ueritatis manifestandæ in patria ; & Christi, qui est uia ducens ad illam patriæ ueritatem.

3 Vtrum cæremonialia præcepta debuerint esse multa ? Sic. Ex parte hominum tum bonorum, tum malorum.

4 Vtrum cæremoniæ ueteris legis conuenienter diuidatur in sacrificia sacra, sacramenta, & obseruantias ? Sic.

QVAESTIO CII.

De causis cæremonialium præceptorum.

1 Vtrum præcepta cæremonialia habeant causam ? Sic. Immo & causas rationabiles. Ex ordine ad aliquem finem.

2 Vtrum cæremonialia præcepta habeant causam figuralem tantum ? Non. Sed & literalem.

3 Vtrum possit assignari conueniens ratio cæremoniarum, quæ ad sacrificia pertinent ? Sic. Ex parte, qua ordinabantur & ad cultum Dei, & ad figurandũ Christum.

4 Vtrum assignari possit sufficiens ratio cæremoniarum, quæ ad sacra petinent? Sic. Tùm ex parte, qua ad cultum Dei ; Tùm ex parte, qua ad figurandum Christum, ordinabantur.

5 Vtrum sacramentorum ueteris legis conueniens causa esse possit ? Sic. Et literalis,

ralis,& figuralis.

6 Vtrum fuerit aliqua rationabilis cauſa obſeruantiarum cæremonialium ? Sic. Duplici reſpectu. Inquantum,ſcilicet rationes obſeruantiarum talium reſpiciebant uel cultum diuinum, uel aliquid ad Chriſtum pertinens.

QVAESTIO CIII.

De duratione præceptorum cæremonialium.

1 Vtrum cæremoniæ legis fuerint ante legem? Non. Licet aliquæ cæremoniæ fuerint ante legem.

2 Vtrum cæremoniæ ueteris legis haberet uirtutem iuſtificandi tempore legis? Non. Ab immunditia mentis.Licet ab immunditia corporis.

3 Vtrum cæremoniæ legis ueteris ceſſauerint in aduentu Chriſti? Sic.

4 Vtrum poſt paſſionem Chriſti legalia poſſint ſeruari ſine peccato mortali? Non.

QVAESTIO CIIII.

De præceptis iudicialibus

1 Vtrum ratio præceptorum iudicialium cõſiſtat in hoc, quòd ſunt ordinantia ad proximum? Sic. Et in hoc; ut non habeant uim obligandi ex ſola ratione,ſed ex inſtitutione diuina.

2 Vtrum præcepta iudicialia aliquid figurent? Sic. Ex consequenti. Licet non primò, & per se.

3 Vtrum iudicialia præcepta ueteris legis perpetuam obligationem habeant? Nō. Sed euacuata sunt per aduentum Christi: aliter tamen, quam cæremonialia.

4 Vtrũ præcepta iudicialia possint habere aliquam certam distinctionem? Sic. Secundum distinctionem ordinationis humanæ.

QVAESTIO CV.

De ratione præceptorum iudicialium.

1 Vtrum conuenienter lex uetus de principibus ordinauerit? Sic. Et optime.

2 Vtrum conuenienter tradita fuerint præcepta iudicialia quantum ad populariũ conuictum? Sic. Et sufficienter.

3 Vtrum iudicialia præcepta sint cōuenienter tradita quantum ad extraneos? Sic. Et quò ad conuersationem pacificam, & quò ad conuersationem hostilem, cum eis.

4 Vtrum lex uetus conuenienter ediderit præcepta circa domesticas personas? Sic. Tùm circa dominum & seruum; tùm circa uirum & uxorem; tum circa patrem & filium.

QVAESTIO CVI.

De lege Euangelica, quæ dicitur lex noua. Et primo de ipsa secundum se.

1 Vtrum lex noua sit lex scripta? Non. Principaliter. Sed est lex in corde indita. Licet secundario sit lex scripta.

2 Vtrum lex noua iustificet? Sic. Quo ad suum principale tãtummodò considerata. i. quò ad gratiam spiritussãncti, non quò ad literam solam Euangelij.

3 Vtrum lex noua debuerit dari à principio mundi? Non.

4 Vtrum lex noua sit duratura usque ad finem mundi? Sic. Sed tamen status mundi uariandus est sub eadem lege: inquantum homines diuersimodè se habebunt ad ipsam; secundum diuersa loca, & tempora, & personas.

QVAESTIO CVII.

De comparatione legis nouę ad ueterem.

1 Vtrum lex noua sit alia à lege veteri? Sic. Secundum diuersitatem perfecti, & imperfecti. Licet non secundum diuersitatem speciei; inquantum, scilicet non ordinantur ad diuersos fines illę leges, sed tantum ad unum. scilicet ut homi-

nes uere subdantur Deo utriusque legislatori.

2 Vtrum lex noua legem ueterē impleat? Sic. Inquantum supplet illud, quod ueteri legi deerat.

3 Vtrum lex noua in lege ueteri contineatur? Sic. Vt fructus.i.plenum frumentum, in spica.

4 Vtrum lex noua sit grauior, quam uetus? Non. Ex parte operum exteriorum.

QVAESTIO CVIII.

De his, quæ continentur in lege noua.

1 Vtrum lex noua debeat, aliquos exteriores actus præcipere, & aliquos prohibere? Sic.

2 Vtrum lex noua sufficienter exteriores actus ordinauerit? Sic. Tum determinanda determinando, tum non determinanda non determinando.

3 Vtrum lex noua hominem circa interiores actus sufficienter ordinauerit? Sic. Immo & totam informationem Christianæ uitæ. Per sermonem Domini in monte, Matth. 5.6.7.

4 Vtrum conuenienter in lege noua sint proposita consilia quædam determinata? Sic. Perpetua paupertas, perpetua castitas, perpetua obedientia.

QVAESTIO CIX.

De Gratia Dei. Et primò de necessitate gratiæ.

1 Vtrum sine gratia Dei possit homo aliquod uerum cognoscere? Sic. Non tamen sine auxilio Dei mouentis intellectum ad actum hunc.

2 Vtrum homo possit uelle, & facere, aliquod bonum, absque gratia? Non. Maximè in statu naturæ corruptæ.

3 Vtrum homo possit diligere Deum super omnia ex solis naturalibus sine gratia? Non. Vt in statu naturæ corruptæ.

4 Vtrum homo sine gratia possit, per sua naturalia implere legis præcepta? Nõ. In statu naturæ coruptæ: nec quantum ad substantia præceptorum, nec quantum ad modum implendi. Licet in statu naturæ integræ potuerit; quantum ad substantiam præceptorum, solummodò.

5 Vtrum homo possit sine gratia mereri uitam æternam? Non.

6 Vtrum homo seipsum ad gratiam præparare possit per seipsum, absque auxilio gratiæ? Non. Expone ly auxilio gratiæ. i. auxilio gratuito Dei interiùs mouentis.

7 Vtrum homo possit, resurgere à peccato sine auxilio gratiæ? Non. Expone ly auxilio gratiæ. i. auxilio & gratuitæ motionis diuinæ; & doni habitualis; quod gratia iustificans uocatur.

8 Vtrum homo sine gratia possit non peccare? Non. In statu naturæ corruptæ.

9 Vtrum ille, qui iam consecutus est gratiam possit per seipsum operari bonũ, & uitare peccatum, absque auxilio gratiæ? Non Exponendo licet auxilio gratiæ i. gratuita motione Dei & ad rectem agendum, & ad uitandum peccatum.

10 Vtrum homo in gratia constitutus indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum? Sic. Exponendo licet auxilio gratiæ. i. auxilio diuino hominem ipsum dirigente, & contra tentationum impulsus protegente.

QVAESTIO CX.

De gratia Dei; quantum ad eius essentiam.

1 Vtrum gratia ponat aliquid in anima? Sic. Aliquod supernaturale donum.

2 Vtrum gratia sit qualitas in anima? Sic. Gratia.i. supernaturale donum.

3 Vtrum gratia sit idem, quod uirtus? Nõ.

4 Vtrum gratia sit in essentia animæ, sicut in subiecto? Sic.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiæ.

1 Vtrum gratia conuenienter diuidatur per

per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam? Sic. Hoc est: Per gratiam, quæ gratis datur, atque etiam iustificat coram Deo: & per gratiam, quæ gratis datur, sed coram Deo non iustificat.

2 Vtrum gratia cōuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem? Sic. Et sumpta pro auxilio diuino mouente, & sumpta pro habituali dono animæ inhærentæ.

3 Vtrum gratia conuenienter diuidatur in præuenientem, & subsequentem? Sic. Siuè pro auxilio diuino, siuè pro habituali dono, sumatur.

4 Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur? Sic. Vt dicatur nouemcuplex, scilicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides (.i. idoneitas ad instruendum alios de pertinentibus ad fidem catholicam) gratia sanitatum, operatio uirtutum (.i miraculorum) prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum, 1. Cor. 12.

5 Vtrum gratia gratis data sit dignior, quam gratia gratum faciens? Non. Sed è contra.

QVAESTIO CXII.

De causa gratiæ.

1 Vtrum solus Deus sit causa gratiæ? Sic.

2 Vtrum requiratur aliqua præparatio, seu dispositio, ad gratiam habitualem, idest iustificantem suscipiendam ex parte hominis? Sic. Et de necessitate requiritur.

3 Vtrum necessariò detur gratia præparanti se ad gratiam; siue facienti, quod in se est? Non. Secundum quòd præparatio est a libero arbitrio, tantum: sed secundum quod est a Deo ad id, idest ad receptionem gratiæ nos præparante.

4 Vtrum gratia sit maior in uno, quàm in alio? Sic. Ex parte subiecti considerando eam.

5 Vtrum homo possit scire, se habere gratiam? Non. Per certitudinem. Nisi ex speciali reuelatione diuina.

QVAESTIO CXIII.

De effectibus gratiæ. Et primò de iustificatione.

1 Vtrum iustificatio impii sit remissio peccatorum? Sic. Non tamen sola.

2 Vtrum ad remissionem culpæ, quæ est iustificatio impii, requiratur gratiæ infusio? Sic.

3 Vtrum ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii? Sic. Impii habentis vsum liberi arbitrii.

4 Vtrum ad iustificationem impii requiratur motus fidei? Sic. Quo scilicet mo

tu mens hominis primò conuertitur in Deum.

5 Vtrum ad iustificationẽ impij requiratur motus liberi arbitrii in peccatum? Sic. Detestantis ipsum. Et motus eiusdem arbitrii per desiderium tendentis in iustitiam.

6 Vtrum remissio peccatorum debeat numerari inter ea, quæ requiruntur ad iustificationẽ impii? Sic. Tanquam peruentio ad finem motus, qui dicitur iustificatio.

7 Vtrum iustificatio impii fiat successiuè? Non. Sed in instanti.

8 Vtrum gratiæ infusio sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impii? Sic. Secundum autem est motus liberi arbitrii erga Deũ: Tertium est motus liberi arbitrii cõtra peccatum: quartum est remissio culpę.

9 Vtrum iustificatio impii sit maximũ opus Dei? Sic. Magnitudine, non quidem modi agendi, neque facti secundum quantitatem absolutam, sed facti secundum quantitatem proportionis, considerata.

10 Vtrum iustificatio impii sit opus miraculosum? Non. Si id, quod ex parte formę inductæ in talem materiam, attendatur, licet sit miraculosum: si attendatur, quod sola virtute diuina fieri potest: si uerò attendatur solitus ordo causandi effectum ipsum; iustificatio quandoq; est miraculosa (ut quando fit mo-

do inconsueto.) quandoque non est miraculosa (quando, scilicet modo consueto.)

QVAESTIO CXIIII.

De merito; quod est effectus gratiæ.

1 Vtrum homo possit, mereri aliquid a Deo? Sic. Secundum præsuppositionem diuinæ ordinationis non aliter.

2 Vtrum aliquis possit sine gratia; mereri uitam æternam? Non. Neque etiam in statu naturæ integræ hoc potuit.

3 Vtrum homo in gratia constitutus possit mereri ex condigno uitam æternam? Sic. Loquendo de opere eius meritorio, secundum quòd procedit ex gratia spiritussancti. Licet non, secundum quòd procedit ex libero hominis arbitrio tantum: neque secundum substantiam operis.

4 Vtrum gratia sit principium meriti principalius per charitatem, quam per alias virtutes? Sic. Et ut ex diuina ordinatione, & vt ex libero arbitrio, pendet actus meritorius.

5 Vtrum homo possit, mereri sibi primam gratiam? Non.

6 Vtrum homo possit alteri mereri primã gratiam? Non. Merito condigni. Nisi solus Christus.

7 Vtrum homo possit mereri sibi reparationem post lapsum futurum? Non. Neque

Neque merito condigni, neque merito congrui.

8 Vtrum homo possit mereri augmentũ gratiæ, uel charitatis? Sic. Merito etiam condigni.

9 Vtrum homo possit mereri perseuerantiam? Non. Perseuerantiam uiæ. Licet possit mereri perseuerantiam gloriæ.

10 Vtrum temporalia bona cadant sub merito? Sic. Directè, & simpliciter: prout sunt utilia ad opera uirtutum: Vel secũdum quid tantum: prout secundum se considerantur.

Prima Secundæ Finis.

SECVNDA SECVNDAE

D. THOMAE

ECCLESIÆ SANCTÆ DOCTORIS.

QVAESTIO PRIMA.

De tribus uirtutibus theologicis. Et primò, de fide. Quantum ad eius obiectum.

1 VTRVM veritas prĩma ſit obiectum fidei? R. Sic. Formale, ideſt ratione cuius omnia credibilia, creduntur. Nõ enim aſſentit fides theologica alicui: niſi quia a Deo reuelatum eſt.

2 Vtrum obiectum fidei ſit aliquid complexum, per modum enunciabilis? Sic. Ex parte hominis credentis: licet non ex parte rei creditæ.

3 Vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum? Non. Ita quod impoſſibile eſt: quod aliquid, prout cadit ſub fide, ſit falſum.

4 Vtrum obiectum fidei poſſit eſſe aliquid viſum? Non. In ſpeciali. Licet poſſit eſſe uiſum in generali, ideſt ſub communi ratione

ratione credibilis. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, 1. Cor. 13.

5 Vtrum obiectum fidei poſſit eſſe ſcitum? Non. Ab eodem homine.

6 Vtrum credibilia debeant diſtingui per certos articulos? Sic. Et ibi: ubi occurit aliquod ratione ſpeciali non cognitum.

7 Vtrum articuli fidei creuerint ſecũdum ſucceſſionem temporum? Sic. Quantum ad explicationem credibilium: licet non quantum ad eorum ſubſtantiã.

8 Vtrum articuli fidei ſint duodecim? Sic. Sex pertinentes ad diuinitatem: & ſex ad Chriſti humanitatem. Licet poſſint & recte ſecundum aliam conſiderationem iidem enumerari pro quatuordecim, ſcilicet ſeptem quò ad dignitatem, ſeptem quò ad humanitatem.

9 Vtrum articuli fidei conuenienter ponãtur in ſymbolo? Sic. Prout ſymbolum accipitur pro ſententiarum fidei collectione in unum.

10 Vtrum ad ſummum Pontificem pertineat ſtatuere fidei ſymbolum? Sic. Et ad ipſum ſolum. i. ad ipſius auctoritatem (Hoc dicitur propter Cõcilia: quæ auhoritate ſummi pontificis ualent in rebus fidei; & non ſine illa. Vnde tunc ſummus pontifex per Concilia ordinare de fide propriè, & formaliter dicit).

QVAESTIO II.

De fide: quantum ad actum eius interiorem, qui est credere.

1 Vtrum credere, quod est actus interior fidei, sit intellecta cogitare firmiter, idest cum firma assensione? Sic.

2 Vtrum credere tribus modis dicatur, scilicet credere Deum, Deo, in Deũ? Sic.

3 Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem sit neccessarium ad salutẽ? Sic. Singulari; non solum ad benè esse.

4 Vtrum credere ea, ad quę ratio naturalis peruenire potest, sit necessarium? Sic. Ad benè esse tamen; idest ut citius, communius, certiùs, homo saluetur.

5 Vtrum sit necessarium ad salutem credere aliqua explicite? Sic. Scilicet articulos fidei; de quibus. q.1.ar.8.

6 Vtrum ad credendum explicitè omnes teneantur æqualiter? Non. Sed maiores plùs explicitè, quam minores; & illi inter se p. tis, ac minus, secundum officium suum.

7 Vtrum habere fidẽ explicitam de Christo, semper sit necessarium ad salutem? Sic. Apud omnes; seruata tamen diuersitate temporum & personarum.

8 Vtrum credere trinitatem explicitè, sit semper de necessitate salutis? Sic. Respectu maiorum; ueteris testamenti: respectu.

ſpectu omnium, noui teſtamenti.

9 Vtrum actus fidei ſit meritorius? Sic. Charitate formatus.

10 Vtrum ratio humana diminuat rationem fidei? Sic. Antecedens uoluntatem (.i. quando quis nollet credere, aut prompte credere; niſi inquantum ratione humana induceretur:) non autem conſequens uoluntatem (.i. quando quis uult prompte credere: etiam quòd nulla ratione humana induceret ad hoc.)

QVAESTIO III.

De fide: Quantum ad actum eius exteriorem, qui eſt confiteri.

1 Vtrum confeſſio ſit actus fidei? Sic. Eorum, ſcilicet confeſſio, quę ſunt fidei.

2 Vtrum confeſſio fidei ſit neceſſaria ad ſalutem? Sic. Pro loco, & tempore.

QVAESTIO IIII.

De fide: quantum ad habitum fidei, ideſt quantum ad ipſam fidem.

1 Vtrum fides ſit ſubſtantia ſperandarũ rerum, argumentum non apparentium? Sic.

2 Vtrum fides ſit in intellectu, ſicut in ſubiecto? Sic.

3 Vtrum forma fidei ſit Charitas? Sic. Extrinſeca tamen.

4 Vtrum eadem numero ſit fides formata,& informis? Sic.Per ſe.

5 Vtrum fides ſit virtus? Sic.Si eſt formata.

6 Vtrum fides ſit una?Sic.Pro habitu ſumpta: vel etiam pro re credita, quoniã unum & idem eſt, quod ab omnibus catholicis creditur.

7 Vtrum ſit prima inter uirtutes? Sic.Per ſe loquendo.

8 Vtrum ſit certior & ſcientia,& aliis uirtutibus intellectualibus? Sic.Simpliciter: & ut uirtutibus, & ut donis Spiritusſancti.

QVAESTIO V.

De habitu fidei: quantum ad habentes ipſam.

1 Vtrum Angelus,aut homo, in prima ſui conditione habuerit fidem? Sic. Vterque.

2 Vtrum dæmones habeãt fidem? Sic.Coactam:non infuſam.

3 Vtrum hæretici diſcredentes vnum articulum fidei habeant fidem de aliis articulis? Non.Sed ſolum quandam opinionem, ſecundum propriam uoluntatem.

4 Vtrum habentium fidem unus alio habeat maiorem? Sic.Ex parte uel intellectus,vel voluntatis;inquantũ firmius, uel deuotius credit: Et ex parte obiecti

mate-

materialis: inquantum plura explicitè credit. Licet non ex parte obiecti formalis: quia omnes uni obiecto formali, quod est veritas prima, inhærent.

QVAESTIO VI.

De habitu fidei: quantum ad eius causam.

1 Vtrum fides sit homini infusa a Deo? Sic. Vt a causa interius operante.
2 Vtrum fides informis sit donum Dei? Sic.

QVAESTIO VII.

De ipsa fide: quantum ad suos effectus.

1 Vtrum timor sit effectus fidei? Sic. Seruilis, filialis, reuerentialis.
2 Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei? Sic. Imperfecta, fidei informis: perfecta, fidei formatæ.

QVAESTIO VIII.

De correspondentibus uirtuti fidei. Et primo de dono intellectus.

1 Vtrum intellectus sit donum Spiritussancti? Sic. Pro lumine supernaturali, penetratiuo, sumptus.

2 Vtrum intellectus possit simul esse in eadem cum fide? Sic. Respectu tantum eorum, quæ ordinantur ad fidem. directè sumptam .i. ut excedit rationem. Puta; potest fidelis per donum intellectus intelligere scripturas; & quòd propter illa quæ, exterius apparent, non est recedendum ab ijs, quæ sunt fidei: non autem potest intelligere Deum esse unum in essentia, & trinum in personis.

3 Vtrum intellectus donũ sit speculatiuus? Sic. Principaliter: practicus. autem secundario.

4 Vtrum omnes, qui sunt in gratia, habeant donum intellectus? Sic. Quantum ad necessaria salutis.

5 Vtrum hoc donum inueniatur in aliquibus absque gratia? Non.

6 Vtrum donũ intellectus distinguatur ab alijs donis? Sic.

7 Vtrum sexta beatitudo .i. Beati mundo corde, respondeat dono intellectus? Sic. Quantum ad meritum, & præmium.

8 Vtrum in fructibus fides respondeat dono intellectus? Sic. Tanquam fructus propinquus. Fides .i. fidei certitudo quedam particularis.

QVAESTIO IX.

De correspondentibus uirtuti fidei. Quantum ad donum scientiæ.

1 Vtrum scientia sit donum? Sic. Sumpta pro

pro habere rectum iudicium de credendis.

2 Vtrum sit circa diuina? Non. Sed solum circa res creatas. Ad differentiam doni sapientiæ.

3 Vtrum sit practica? Non. Nisi secundario.

4 Vtrum scientiæ dono respondeat beatitudo tertia.i. Beati, qui lugent? Sic.

QVAESTIO X.

De fide, quantum ad uitia opposita. Et primo de infidelitate in communi.

1 Vtrum infidelitas sit peccatum? Sic. Infidelitas, scilicet secundum contrarietatem.

2 Vtrum sit in intellectu, sicut in subiecto? Sic.

3 Vtrum sit maximum peccatorum? Sic. In peruersitate morum.

4 Vtrum omnis actio infidelium sit peccatum? Non. Nisi ad operandum, ex infidelitate moueantur.

5 Vtrum sint plures species infidelitatis? Sic. In communi tres, scilicet hæreticorum, Iudæorum, paganorum: sed in particulari sunt indeterminatæ.

6 Vtrum infidelitas hæreticorum sit grauius peccatum, quam iudeorum, & paganorum? Sic. simpliciter loquendo.

7 Vtrum cum infidelibus sit disputandum

publicè

publicè de fide? Non. Nisi ab idoneis, coram sapientibus firmis in fide; uel etiam coram simplicibus sollicitatis ad infidelitatem.

8 Vtrum infideles sint cogendi ad fidem? Non. Nisi quandoque fidem susceperissent.

9 Vtrum cum infidelibus sit communicandum? Non. In pœnam; si sint hæretici. Ad cautelam tantum; si sint Iudæi, aut pagani.

10 Vtrum infideles possint habere dominiũ supra fideles? Non. Si sit acquirendum de nouo. Nec hoc ullo modo permittit Ecclesia.

11 Vtrum infidelium ritus sint tolerandi? Non. Nisi Iudæorum; propter bonum spirituale fidelibus inde proueniens.

12 Vtrum pueri infidelium sint inuitis parentibus, baptizandi? Non. Cuius contrarium facere est periculosum.

QVAESTIO XI.

De uitijs oppositis fidei. Quantum ad hæresim.

1 Vtrum hæresis sit infidelitatis species? Sic. Et maxima. q. 10. art. 6.

2 Vtrum hæresis sit proprie circa ea, quæ sunt fidei? Sic. Et directe & indirectè.

3 Vtrum hæretici sint tolerandi? Non. Nisi ex pietate Ecclesiæ: antequam relabantur.

4 Vtrum hæretici reuertẽtes ad fidem sint recipiendi? Sic. Semper, quantum ad pœnitentiam; non semper, quantum ad temporalem uitam.

QVAESTIO XII.

De uitijs oppositis fidei. Quantum ad apostasiam.

1 Vtrum apostasia ad infidelitatem pertineat? Sic. Simpliciter dicta.
2 Vtrum propter apostasiam à fide, subditi absoluantur à dominio præsidentium apostatarum? Sic. Etiam à iuramento fidelitatis.

QVAESTIO XIII.

De uitijs oppositis confessioni fidei. Et primo de blasphemia in generali.

1 Vtrum blasphemia opponatur cõfessioni fidei? Sic. Blasphemia, scilicet oris.
2 Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale? Sic. Ex suo genere.
3 Vtrum blasphemia sit maximum peccatorum? Sic. Ex genere suo.
4 Vtrum blasphemia sit in damnatis? Sic. Et cordis, semper: Et oris, post generale iudicium.

QVAE-

QVAESTIO XIIII.

De blaſphemia in ſpeciali: quæ eſt peccatum in ſpiritumſanctum.

1 Vtrum blaſphemia, uel peccatũ in ſpiritumſanctum ſit idem; quod peccatum ex certa malitia? Non. Niſi, ut malitia dicit contemptum remedij contra peccatum.

2 Vtrum conuenienter aſſignentur ſex ſpecies peccati in ſpiritumſanctum, ſcilicet deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio ueritatis agnitę, eſt inuidentia fraternę gratię? Sic. Si termini omnes rectè intelligantur.

3 Vtrum peccatum in ſpiritumſanctum ſit irremiſſibile? Sic. Quantum eſt de ſe.

4 Vtrum aliquis poſſit peccare in ſpiritũſanctum à principio, antequam alia peccata committat? Sic. Non tamen propriè, & ſemper.

QVAESTIO XV.

De uitijs oppoſitis domo intellectus, ſcilicet de cæcitate mentis, eſt hebetudine ſenſus.

1 Vtrum cæcitas mentis ſit peccatum? Sic. Duobus modis ſumpta, ſcilicet uoluntaria uel auerſio à conſideratione principij, per cuius conſiderationem induci-

tur quis ad bonum;uel occupatio mentis circa alia magis dilecta,quibus à cõsideratione principij prædicti mens auertitur.

2 Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum à cæcitate mentis? Sic. Voluntaria. Sicut quædam debilitas mentis circa intelligentiam spiritualium, differt à priuatione totali cognitionis spiritualium bonorum.

3 Vtrum cæcitas mentis, & hebetudo sensus, oriantur ex peccatis carnalibus? Sic. Cæcitas ipsa ex luxuria: hebetudo ex gula.

QVAESTIO XVI.

De præceptis pertinentibus ad prædicta scilicet ad fidem, & ad dona scientiæ, & intellectus.

1 Vtrum in lege veteri debuerint dari præcepta credendi? Non. Nisi quòd fides præsupponebatur ad legis præcepta.

2 Vtrum in lege ueteri conuenienter tradantur præcepta pertinentia ad scientiam, & intellectum? Sic. Quò ad horum duorum & acceptionem, & usum, & conseruationem.

QVAESTIO XVII.

De alia uirtute theologica, scilicet spe. Quantum ad ipsam spem.

1 Vtrum spes sit uirtus? Sic.
2 Vtrum obiectum spei sit beatitudo æterna? Sic. Proprium,& principale.
3 Vtrum aliquis possit per uirtutem spei sperare alteri beatitudinem æternam? Non. Nisi ex suppositione alicuius unionis cum illo.
4 Vtrum possit quis licitè sperare in uel de homine? Non. Nisi sicut in,& de,agente secundario,atque instrumentali.
5 Vtrum spes sit uirtus theologica? Sic.
6 Vtrum spes sit distincta ab alijs uirtutibus theologicis? Sic.
7 Vtrum spes præcedat fidem? Non. Sed è conuerso.
8 Vtrum spes sit prior charitate? Sic. Ordine generationis;non,perfectionis.

QVAESTIO XVIII.

De spe. Quantum ad subiectum eius.

1 Vtrum spes sit in uoluntate, sicut in subiecto? Sic.
2 Vtrum spes sit in beatis? Non.
3 Vtrum spes sit in damnatis? Non.
4 Vtrum in uiatoribus existens habeat certitudinem? Sic. Inquantum ad suum

finem mouetur infallibiliter à fide.

QVAESTIO XIX.

De dono timoris; quod respondet spei.

1 Vtrum Deus possit timeri? Sic. Inquantum ab ipso potest nobis prouenire malum.

2 Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, seruilem, & mundanum? Sic. Si termini omnes rectè intelligantur.

3 Vtrum timor mundanus sit semper malus? Sic. Inquantum, scilicet recedit quis à iustitia propter timorem uel detrimenti corporis sui, uel amissionis bonorum temporalium.

4 Vtrum timor seruilis sit semper bonus? Sic. Secundum suam substantiam.

5 Vtrum timor seruilis sit idem in substantia cum filiali? Non. Immo nec in specie.

6 Vtrum timor seruilis remaneat aduenientе charitate? Non. Loquendo de seruili, ut habet seruilitatem. i. ut timet pœnas, tanquam quoddam principale.

7 Vtrum timor sit initiũ sapientiæ? Sic. Aliter tamen seruilis, quam filialis. Inquantum scilicet seruilis est extrà disponens ad sapientiam: & filialis est primus effectus sapientiæ.

8 Vtrum timor initialis sit idem in substã-

tia cum filiali? Sic.
9 Vtrum timor sit donum spiritussancti? Sic. Si sit filialis.
10 Vtrum timor crescat crescente charitate? Sic. Si sit filialis.
11 Vtrum timor maneat in patria? Sic. Si sit filialis, ut comprehendit etiam reuerentialem.
12 Vtrum dono timoris respondeat beatitudo spiritus, scilicet Beati pauperes spiritu? Sic.

QVAESTIO XX.

De spe; quantum ad uitia opposita. Et primo de desperatione.

1 Vtrum desperatio sit peccatum? Sic.
2 Vtrum desperatio possit esse sine infidelitate? Sic.
3 Vtrum desperatio sit maximum peccatorum? Non. Est tamen omnium periculosissimum.
4 Vtrum desperatio oriatur ex accidia? Sic. Magis, quam ex luxuria.

QVAESTIO XXI.

De præsumptione.

1 Vtrum præsumptio innitatur propriè uirtuti? Sic. Sed & uirtuti diuinæ; peruersè tamen: inquantum sperat à Deo ueniam sine pœnitentia, uel gloriam si-
nc

ne meritis.

2 Vtrum præsumptio sit peccatum? Sic. Minus tamen, quam desperatio.

3 Vtrum præsumptio opponatur spei? Sic. Directius, quam timori.

4 Vtrum præsumptio causetur ex inani gloria? Sic. Et tamen in alio sensu ex superbia.

QVAESTIO XXII.

De præceptis pertinentibus ad spem; & ad donum timoris.

1 Vtrum fuerit dandum aliquod præceptũ pertinens ad spem? Non. Per modum præcepti. Nisi post primam legislationem (ut patet sæpius in prophetis inducentibus ad spem).

2 Vtrum fuerit dandum aliquod præceptũ pertinens ad timorem? Non. Per modum præcepti. Nisi post primam legislationẽ. (Loquendo de timore seruili).

QVAESTIO XXIII.

De alia uirtute theologica, scilicet charitate secundum se.

1 Vtrum charitas sit amicitia? Sic. Hominis ad Deum.

2 Vtrum charitas sit aliquod creatum in anima? Sic.

3 Vtrum charitas sit uirtus? Sic. Theo-

logica.

4 Vtrum charitas sit uirtus specialis? Sic.

5 Vtrum charitas sit una uirtus? Sic.

6 Vtrum charitas sit maxima uirtutum? Sic. Omnium absolutè.

7 Vtrum sine charitate possit esse aliqua uera uirtus? Non. Vera simpliciter.

8 Vtrum charitas sit forma uirtutum? Sic. Effectiue. Inquantum scilicet ipsa charitas ordinat actus omnium uirtutum ad ultimum finem.

QVAESTIO XXIIII.

De charitate in comparatione ad subiectum.

1 Vtrum charitas sit in uoluntate, sicut in subiecto? Sic.

2 Vtrum charitas causetur in homine ex infusione? Sic.

3 Vtrum charitas infundatur homini secũdum quantitatem naturalium? Non.

4 Vtrum charitas augeri possit? Sic. Charitas uiæ.

5 Vtrum charitas augeatur per additionẽ? Non. Sed secundum essentiam.

6 Vtrum charitas quolibet actu suo augeatur? Non. Nisi dispositiuè.

7 Vtrum charitas possit in infinitum augeri? Sic. Charitas uiæ.

8 Vtrum charitas uia possit esse perfecta? Sic. Pro quanto uia compatitur.

9 Vtrum conuenienter distinguantur tres

gradus

gradus charitatis,scilicet incipiens,proficiens,& perfecta? Sic. Iuxta primariũ intentum habentium illam.

10 Vtrum charitas possit diminui? Non. Nisi indirectè.i.dispositiuè.

11 Vtrum charitas semel habita possit amitti? Sic. Ex parte habentis illam; in uia.

12 Vtrum charitas amittatur per unum actum peccati mortalis? Sic. Statim.

QVAESTIO XXV.

De charitate;quantum ad eius obiectum;quę scilicet sint ex charitate diligenda.

1 Vtrum solus Deus sit ex charitate diligendus? Non.Sed etiam proximus propter Deum.

2 Vtrum charitas sit ex charitate diligenda? Sic. Sicut bonum quod amico uolumus.

3 Vtrum creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ? Non. Nisi sicut bona, quæ ex charitate alijs uolumus.

4 Vtrum homo possit seipsum ex charitate diligere? Sic. Et debet.

5 Vtrum homo possit ex charitate diligere corpus proprium? Sic. Non tamen infectionem culpę, & pœnę, in eo existentem.

6 Vtrum peccatores sint ex charitate diligendi? Sic. Secundum naturam; non secundum culpam.

7 Vtrum peccatores seipsos diligant? Nō. Nisi secundum naturam sensitiuam tanquam principalem.

8 Vtrum inimici sint ex charitate diligendi? Sic. Quantum ad naturam in uniuersali: in speciali autem pro tempore necessitatis.

9 Vtrum inimicis sint signa amicitię exhibenda? Sic. Communia: particularia autem pro tempore necessitatis.

10 Vtrum Angeli sint ex charitate diligendi? Sic.

11 Vtrum dæmones sint ex charitate diligendi? Non.

12 Vtrum conuenienter enumerentur quatuor ex charitate diligenda, scilicet Deus proximus, corpus propriū, & nōsę ipsi? Sic. Nomine tamen proximi (ut ex præmissis constat) intelliguntur homines etiam peccatores, & inimici, atque Angeli boni: non autem dęmones, neque homines in inferno cum eis damnati.

QVAESTIO XXVI.

De charitate; quantum ad ordinem diligendorum.

1 Vtrum aliquis ordo sit in charitate? Sic. Secundum relationem ad primum principium. i. Deum.

2 Vtrum homo debeat, Deum plus diligere, quam proximum? Sic. Et maximè.

3 Vtrum homo ex charitate debeat magis diligere Deum, quam seipsum? Sic.

4 Vtrum homo debeat ex charitate magis diligere seipsum, quam proximũ? Sic. Secundum naturam spiritualem.

5 Vtrum debeat ex charitate plus diligere proximum, quam corpus proprium? Sic. Quantum ad salutem animæ.

6 Vtrum debeat diligere ex charitate plus unum proximum, quam alium? Sic.

7 Vtrum debeat plus ex charitate diligere proximum meliorem, quam magis sibi coniunctum? Sic. Secundum rationem obiecti: non aliter.

8 Vtrum ex charitate debeat plus diligere sibi magis coniunctum secundum carnalem originem, quam secundum alias circunstantias? Sic. Seruando tamen moderantiã proportionis aliarum amicitiarum.

9 Vtrum homo debeat ex charitate plus diligere filium quam patrem? Non. Nisi secundum quid.

10 Vtrum plus diligere debeat ex charitate patrẽ, quã matrẽ? Sic. Per se loquendo.

11 Vtrum diligere ex charitate plus debeat uxorem, quam patrem uel matrem? Non. Simpliciter loquendo.

12 Vtrum magis diligere ex charitate debeat benefactorem, quã beneficiatum? Sic. Simpliciter loquendo.

13 Vtrum ordo charitatis maneat in patria? Sic. Quantum ad conuenientia status patriæ; non aliter.

QVAESTIO XXVII.

De charitate; quantum ad eius actum principalem, qui est dilectio.

1 Vtrum amare sit magis proprium charitatis, quam amari? Sic.
2 Vtrum amare, prout est actus charitatis, sit idem quod beneuolentia? Sic. Addens tamen aliquid super beneuolentiã, scilicet unionem affectus.
3 Vtrum Deus sit propter se ex charitate amandus? Sic. Et propter aliud, tanquã disponens tantum; puta, propter beneficia.
4 Vtrum Deus possit in hac uita ex charitate immediate amari? Sic.
5 Vtrum Deus possit ex charitate totaliter amari? Sic. Nisi ly totaliter, dicat comparationem diligentis ad rem dilectam. i. à nobis non potest amari Deus tantum, quantum amabilis est.
6 Vtrum dilectionis Dei sit aliquis modus habendus? Non. Loquendo solum de interiori actu charitatis.
7 Vtrum diligere ex charitate amicum sit melius, quam diligere inimicum? Sic. Per se loquendo.
8 Vtrum diligere ex charitate Deum sit melius, quam diligere proximum? Sic.

QVAESTIO XXVIII.

De interioribus effectibus charitatis. Et primo de gaudio; quod est interior effectus sequens principalem actum charitatis, qui est dilectio.

1 Vtrum gaudium sit effectus charitatis? Sic. Gaudium, scilicet de Deo habitum.
2 Vtrum huiusmodi gaudium compatiatur secum tristitiam? Non. Quando est de bono diuino secundum se considerato.
3 Vtrum gaudium, quod est effectus charitatis, possit esse plenum? Sic. Ex parte gaudentis; In patria.
4 Vtrum huiusmodi gaudium sit uirtus? Non. Sed effectus uirtutis.i.charitatis.

QVAESTIO XXIX.

De pace: quæ est interior charitatis effectus consequens dilectionem.

1 Vtrum pax sit idem, quod concordia? Non. Sed uniuersalior. Inquantum scilicet concordia est solum ad alterum: pax autem est & ad alterum, & ad semetipsum.
2 Vtrum omnia appetant pacē? Sic. Idest; tranquillè uiuere.
3 Vtrum pax sit proprius effectus charita-

tis ? Sic. Pax uera, Quæ dicit unionem appetituum in unum, secundum quòd diligitur Deus Ex toto corde,& proximus sicut nosipsi.

4 Vtrum pax sit uirtus ? Nō. Sed est actus, seu effectus uirtutis (ut dictum est).

QVAESTIO XXX.

De misericordia, quæ est interior charitatis effectus.

1 Vtrum motiuum ad misericordiam sit malū ex parte eius, cui miseremur? Sic.

2 Vtrum defectus miserentis sit ratio miserendi ? Sic.

3 Vtrum misericordia sit uirtus ? Sic.

4 Vtrum misericordia sit maxima uirtutum ? Sic. Secundum se, per respectum ad proximum.

QVAESTIO XXXI.

De effectibus exterioribus charitatis. Et primo de beneficientia.

1 Vtrum beneficientia sit actus charitatis Sic. Secundum communem rationem boni.

2 Vtrum sit omnibus benefaciendum? Sic. Pro loco,& tempore.

3 Vtrum magis coniūctis sit magis benefaciendum ? Sic. Seruata proportione cōiunctionis.

4 Vtrum beneficientia sit uirtus specialis? Non. Sed nominat quendam actum charitatis.

QVAESTIO XXXII.

De eleemosyna.

1 Vtrum dare eleemosynam sit actus charitatis? Sic. Mediante misericordia.

2 Vtrum conuenienter distinguantur eleemosynarum genera; quæ sunt septem spirituales, & septem corporales? Sic. Corporales, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, uestire nudum, recolligere hospitem, uisitare infirmum, redimere captiuum: Spirituales uerò sunt, Docere ignorantem, Consulere dubitanti, Consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos. i. defectus aliorum, orare pro omnibus.

3 Vtrum eleemosynæ spirituales sint potiores eleemosynis corporalibus? Sic. Simpliciter loquendo.

4 Vtrum eleemosynæ corporales habeant fructum spiritualem? Non. Nisi secundum causam, vel secundum effectũ suũ, considerentur.

5 Vtrum dare eleemosynam sit in præcepto? Sic. De superfluo; & existenti in extrema necessitate.

6 Vtrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario? Non. De necessariò, sine

quo

quo non poteſt quis viuere: niſi in caſu ſuſtentationis Eccleſiæ, vel Reipublicæ.

7 Vtrum eleemoſyna dari poſſit de iuſtè acquiſito? Sic. Niſi de illo teneatur quis ad reſtitutionem.

8 Vtrum qui eſt in poteſtate alterius conſtitutus poſſit facere eleemoſynam? Non. De re ſuperioris. Niſi de voluntate eius.

9 Vtrum ſit magis propinquioribus, quam aliis, eleemoſyna danda? Sic. Cęteris paribus.

10 Vtrum eleemoſyna ſit abundanter facienda? Sic. Semper ex parte dantis; ſecundum proportionem propriæ facultatis. Licet non ſemper ex parte recipientis, quando, ſcilicet ei ex data eleemoſyna tali abũdaret res ad ſuperfluitatem.

QVAESTIO XXXIII.

De correctione fraterna.

1 Vtrum fraterna correctio ſit actus charitatis? Sic. Propriè dicta.

2 Vtrum fraterna correctio ſit in præcepto? Sic. Secundum quod eſt neceſſaria ad emendationem fratris peccantis: & debitis circunſtantijs ſeruatis.

3 Vtrum fraterna correctio pertineat ſolum ad prælatos? Non. Niſi ſit correctio fraterna largè dicta. i. quæ eſt actus iuſti-

tiæ

tiæ punitiuæ.

4 Vtrum subditi teneantur de præcepto corrigere prælatos suos?Sic. Correctione fraterna solum propriè dicta: & seruatis seruandis;scilicet,ut cum mansuetudine,& reuerentia,a subdito fiat.

5 Vtrum peccator possit corrigere delinquentem ? Sic. Cum humilitate.i.recognoscendo propriam infirmitatem, & congemiscendo illi delinquenti.

6 Vtrum aliquis debeat a correctione fraterna cessare propter timorem, nè ille fiat deterior?Sic. Quando timet probabiliter.

7 Vtrum in correctione fraternæ debeat, ex necessitate præcepti, admonitio secreta præcedere denunciationem ? Sic. Nisi vel peccata sint publica; vel ex eis paretur offensa proximorum corporalis; spiritualis: & maxime in casu hæresis.

8 Vtrum testium inductio debeat præcedere denunciationem?Sic.

QVAESTIO XXXIIII.

De uitiis oppositis charitati. Et primo de odio, quod opponitur ipsi dilectioni.

1 Vtrum Deus possit odio haberi ? Non. Nisi ratione effectuum contrariorum uoluntati alicuius creaturę.

2 Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum?

torum?Sic.

3 Vtrum odium proximi ſemper ſit peccatum?Sic Niſi ſit ſolum odium peccati in illo exiſtentis.

4 Vtrum odium proximi ſit maximum inter peccata, quæ ſunt in proximum? Sic. Pro quanto dicit deordinationem animi eius,qui odit illum, ſed non,quò ad nocumentum illatum proximo.

5 Vtrum odium ſit uitium capitale? Non.

6 Vtrum odium oriatur ex inuidia? Sic. Formaliter ſecundum rationem obiecti. Licet oriatur diſpoſitiue ex ira.

QVAESTIO XXXV.

De accidia;quæ opponitur gaudio charitatis,quod eſt de bono diuino.

1 Vtrum accidia ſit peccatum? Sic.

2 Vtrum accidia ſit ſpeciale uitium?Sic.Vt eſt de bono diuino: de quo charitas gaudet.

3 Vtrum accidia ſit peccatum mortale?Sic. Secundum propriam rationem.

4 Vtrum accidia ſit uitium capitale?Sic.

QVAESTIO XXXVI.

De inuidia:quę opponitur gaudio charitatis de bono proximi.

1 Vtrum inuidia ſit triſtitia de bonis alienis? Sic. Inquantum quis ęſtimat bo-

num

num alienum esse diminutiuum propriæ excellentiæ.

2 Vtrum inuidia sit peccatum? Sic. Propriè dicta.

3 Vtrum inuidia sit peccatum mortale? Sic. Secundum propriam rationem.

4 Vtrum inuidia sit uitium capitale? Sic.

QVAESTIO XXXVII.

De discordia: quæ apponitur effectui charitatis, qui est pax.

1 Vtrum discordia sit peccatum? Sic. Per se contraueniens concordiæ.

2 Vtrum discordia sit filia inanis gloriæ? Sic. Et superbiæ.

QVAESTIO XXXVIII.

De contentione: quæ opponitur paci, quantum ad os.

1 Vtrum contentio sit peccatum mortale? Sic. De facto: Vt est impugnatio ueritatis De possibili: Vt dicit inordinationem modi nimis scandalosam, quando que etiam in impugnando sic falsitatem.

2 Vtrum contentio sit filia inanis gloriæ? Sic. Et superbiæ.

QVAESTIO XXXIX.

De schismate: quod opponitur paci, quantum ad opus.

1 Vtrum schisma sit speciale peccatum? Sic.

2 Vtrum schisma sit grauius infidelitate? Non. Secundum genus suum. Quandoque tamen aliquis schismaticus peccat grauius, quàm aliquis infidelis.

3 Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem? Non. Nisi sacramentalem: in sacramentalibus iurisdictionem non cōcernentibus, ideſt possunt consecrare sacramentum altaris, baptizare &c. (licet tunc peccent:) sed non possunt absolue re, nec excommunicare.

4 Vtrum conueniens pœna schismaticorū sit, vt excommunicētur? Sic. Et, vt temporali potestate coerceantur.

QVAESTIO XL.

De bello: quod opponitur paci: quantum ad opus.

1 Vtrum aliquod bellum sit licitum? Sic. Si adsit legitima potestas indicentis bellum, iusta causa bellandi, recta intentio bellantium.

2 Vtrum clericis sit licitum bellare? Non.

In propria persona. Nisi armis spiritualibus.

3 Vtrum liceat, diebus festis bellare? Sic. In casu necessitatis.

QVAESTIO XLI.

De rixa: quæ opponitur paci: quantum ad opus.

1 Vtrum rixa sit peccatum? Sic. Semper in eo, qui inuadit iniustè: non semper in eo, qui se defendit.

2 Vtrum rixa sit filia iræ? Sic. Propriè dicta.

QVAESTIO XLII.

De seditione: quæ opponitur paci, quantum ad opus.

1 Vtrum seditio sit speciale peccatum? Sic.

2 Vtrum seditio sit semper peccatum mortale? Sic. Secundum genus suum.

QVAESTIO XLIII.

De scandalo; quod opponitur charitati, quantum ad beneficientiam.

1 Vtrum sit conueniens diffinitio scandali hæc, scilicet quod est dictũ, vel factum

minus

minus rectum, præbens occasionem rui næ? Sic.

2 Vtrum scandalum sit semper peccatum? Sic. Passiuum; in eo, qui scandalizatur. Actiuum: in eo, qui scandalizat.

3 Vtrum scandalum sit speciale peccatum? Sic. Actiuum: per se intentum.

4 Vtrum scandalum sit peccatum mortale? Sic. Non tamen semper.

5 Vtrum scandalum passiuum possit cadere in uiros perfectos? Non. Inquantum scilicet propter hoc, quod uident alios quos cunque inordinatè se habere, non recedunt a propria rectitudine.

6 Vtrum scandalum actiuum possit inuiris perfectis inueniri? Non. Inquantum scilicet peccata talium. i. perfectorum secundum charitatem, quæst. 24. artic. 9. non sunt tam magna, ut de se scandalizandi uim habeant.

7 Vtrum bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda? Non. Quandoque tamen, nisi sint de necessitate salutis, sunt propter scandalum pusillorum uel occultanda, vel cautè differenda.

8 Vtrum propter scandalum sint bona temporalia dimittenda? Non. Ecclesiastica: & communia. Sed quandoque priuata.

QVAESTIO XLIIII.

De præceptis charitatis.

1 Vtrum de charitate sit dandum præceptum?

ptum? Sic. Et est aliorum maximum.

2 Vtrum de charitate, fuerint danda duo præcepta? Sic. Vnum, quo ad Deum: alterum, quo ad proximum.

3 Vtrum sufficiant illa duo præcepta charitatis? Sic.

4 Vtrum conuenienter mandetur; quòd Deus diligatur ex toto corde? Sic.

5 Vtrum super ly ex toto corde, addatur cōueniēter ly ex tota anima, & ex tota fortitudine, & tota mente, tua? Sic.

6 Vtrum hoc præceptum de dilectione Dei possit in uia impleri? Sic. Modo tamen possibili pro statu uitæ.

7 Vtrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi? Sic.

8 Vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto? Sic. De hoc ordine charitatis, uide q.26. per totum.

QVAESTIO XLV.

De dono sapientiæ: quod respondet charitati.

1 Vtrum sapientia debeat numerari inter dona spiritusancti? Sic.

2 Vtrum sapientiæ donum sit in intellectu, sicut in subiecto? Sic. Habens tamen causam, scilicet charitatem, in uoluntate.

3 Vtrum sapientia donum sit speculatiua tantum? Non. Sed & practica.

4 Vtrum sapientia donum possit esse sine

gratia,

gratia, & cum peccato mortali? Non.

5 Vtrum ſapientia donum ſit in omnibus habentibus gratiam? Sic. Quantum ad neceſſaria ad ſalutem.

6 Vtrum ſeptima beatitudo.i. beati pacifici, repondeat ſapientiæ dono? Sic. Quantum ad meritum, & quantum ad præmium.

QVAESTIO XLVI.

De ſtultitia; quæ opponitur ſapientiæ.

1 Vtrum ſtultitia opponatur ſapientiæ? Sic. Non tamen ut fatuitas; ſed ut contrarium.

2 Vtrum ſtultitia ſit peccatum? Sic. Vt dicit uoluntariam ineptitudinem ad cœleſtia.

3 Vtrum ſtultitia ſit filia luxurię? Sic. Loquendo de ſtultitia quæ eſt peccatum.

QVAESTIO XLVII.

De quatuor uirtutibus cardinalibus. Et primo de prudentia: Secundum ſe.

1 Vtrum prudentia ſit in ui cognoſcitiua? Sic. Non tamen in ſola cognitione exiſtit. Vt in articulo 16.

2 Vtrum prudentia pertineat ſolum ad rationem practicam? Sic.

3 Vtrum prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium?

larium ? Sic. Sed & uniuersalium.
4 Vtrum prudentia sit uirtus ? Sic. Habens rationem uirtutis & intellectualis & moralis.
5 Vtrum prudentia sit uirtus specialis? Sic. Distincta ad alijs tum intellectualibus, tùm moralibus.
6 Vtrum prudentia præstituat finem uirtutibus moralibus ? Non. Sed solum disponit de his, quæ sunt ad finem.
7 Vtrum ad prudentiam pertineat inuenire medium in uirtutibus moralibus ? Sic.
8 Vtrum præcipere (.i. applicare cognitionem habitam ad appetendum & operādum) sit principalis actus prudentiæ ? Sic.
9 Vtrum solicitudo pertineat ad prudentiam ? Sic. Propriè.
10 Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis ? Sic.
11 Vtrum prudentia quæ est respectu boni proprij, sit eadem specie cum prudētia, quæ se extendit ad bonum commune ? Non.
12 Vtrum prudentia sit solum in principibus ? Sic. Ad modum artis architectonicæ. Sed, in subditis, ad modum artis manu operantis.
13 Vtrum prudentia possit esse in peccatoribus ? Non. Vera; & perfecta.
14 Vtrum prudentia sit in omnibus habentibus gratiam ? Sic. Quò ad necessaria ad salutem.

15 Vtrum prudentia insit nobis à natura? Non. Nisi quò ad uniuersalia principia prudentiæ.

16 Vtrum prudentia possit amitti per obliuionem? Non. Nisi indirectè: inquantum, scilicet aliqua cognitio necessaria prudentię ad pręcipiendum, tolli potest per obliuionem.

QVAESTIO XLVIII.

De Prudentia; quantum ad partes suas in generali.

1 Vtrum conuenienter assignentur tres partes prudentiæ? Sic. Scilicet; pars integralis, subiectiua, potentialis.

QVAESTIO XLIX.

De singulis partibus prudentiæ. Et primo de integralibus.

1 Vtrum memoria sit pars prudentiæ? Sic.
2 Vtrum intellectus sit pars prudẽtię? Sic.
3 Vtrum docilitas sit pars prudentiæ? Sic.
4 Vtrum solertia sit pars prudentiæ? Sic.
5 Vtrum ratio sit pars prudentiæ? Sic.
6 Vtrum prouidentia sit pars prudentiæ? Sic.
7 Vtrum circunspectio sit pars prudentiæ? Sic.
8 Vtrum cautio sit pars prudentiæ? Sic.

QVAESTIO L.

De partibus subiectiuis prudentiæ.

1 Vtrum regnatiua sit pars prudẽtiæ ? Sic.
2 Vtrum politica sit pars prudentiæ ? Sic.
3 Vtrũ œconomica sit pars prudentiæ? Sic.
4 Vtrum militaris sit pars prudentiæ ? Sic.

QVAESTIO LI.

De uirtutibus adiunctis prudentiæ; quæ sunt quasi partes potentiales ipsius.

1 Vtrum Eubulia sit uirtus ? Sic.
2 Vtrum eubulia sit uirtus distincta à prudentia ? Sic.
3 Vtrum synesis sit uirtus ? Sic.
4 Vtrum gnomin sit specialis uirtus ? Sic.

QVAESTIO LII.

De dono consilij; quod respondet prudentiæ.

1 Vtrum Consilium debeat poni inter dona spiritussancti ? Sic.
2 Vtrum donum consilij respondeat uirtuti prudẽtiæ ? Sic. Sicut ipsam adiuuans, & perficiens.
3 Vtrum donum consilij maneat in patria ? Sic. Dupliciter, Inquantum scili-

cet in eis à Deo continuatur cognitio eorum,quæ ſciunt:& à Deo etiam illuminantur de his, quæ neſciunt circa agenda.

4 Vtrum quinta beatitudo, ſcilicet Beati miſericordes,correſpondeat dono conſilij? Sic. Sicut dirigenti.

QVAESTIO LIII.

De uitijs oppoſitis prudentiæ. Et primo de imprudentia.

1 Vtrum imprudentia ſit peccatum? Sic. Tum priuatiuè dicta:Tum contrariè.

2 Vtrum imprudentia ſit ſpeciale peccatum? Sic. Secundum eſſentiam ſuam.

3 Vtrum præcipitatio ſit peccatum ſub imprudentia contentum? Sic.

4 Vtrum inconſideratio ſit ſpeciale peccatum ſub imprudentia contentum? Sic.

5 Vtrum inconſtantia ſit uitium ſub imprudentia contentum? Sic.

6 Vtrum prædicta uitia oriantur ex luxuria? Sic. Et maximè.

QVAESTIO LIIII.

De negligentia.

1 Vtrum negligentia ſit peccatum ſpecia- [illegible].

2 Vtrum negligentia opponatur prudentiæ? Sic.

Vtrum

3 Vtrum negligentia possit esse peccatum mortale? Sic. Quandoque ratione rerum prætermissarũ, scilicet necessariorum ad salutem; quãdoque ratione causæ prætermittendi, scilicet, uel contemptus uel totalis defectus charitatis.

QVAESTIO LV.

De uitijs oppositis prudentię; quæ habent similitudinem cum prudentia.

1 Vtrum prudentia carnis sit peccatũ? Sic.
2 Vtrum prudentia, carnis sit peccatum mortale? Sic. Si, scilicet in cura carnis constituatur ultimus finis.
3 Vtrum astutia sit speciale peccatũ? Sic. A prudentia carnis distinctum.
4 Vtrum dolus sit peccatum ad astutiã pertinens? Sic.
5 Vtrum fraus ad astutiam pertineat? Sic.
6 Vtrum solicitudo rerum temporaliũ sit licita? Sic. Nisi sit immoderata uel ratione finis, uel ratione superfluitatis, aut ipsius curæ, aut timoris.
7 Vtrum solicitudo in futurum, sit licita? Non. Si, scilicet sit inordinata.
8 Vtrum prædicta uitia oriantur ex auaritia? Sic.

QVAESTIO LVI.

De præceptis pertinentibus ad prudentiam.

1 Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi? Non. Omnia tamen pertinent aliquo modo ad prudentiam.
2 Vtrum in ueteri lege fuerint conuenienter posita præcepta prohibitiua de uitijs oppositis prudentiæ? Sic.

QVAESTIO LVII.

De alia uirtute cardinali, scilicet iustitia. Et primo de iure.

1 Vtrum ius sit obiectum iustitiæ? Sic.
2 Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale, & ius positiuum? Sic.
3 Vtrum ius gentium sit idem cum iure naturali? Non. Nisi, ut ius naturale restringitur ad homines tantum.
4 Vtrum ius paternũ, & ius dominatiuum debeant specialiter distingui? Sic. Scilicet; quòd inter patrem & filium, inter dominum & seruum, est iustum secundum quid tantum.

QVAESTIO LVIII.

De iustitia.

1 Vtrũ iustitia conuenienter diffiniatur; quod

est

est perpetua, & constans uoluntas ius suum unicuique tribuens? Sic. Si rectè intelligatur.

2 Vtrum iustitia sit semper ad alterum? Sic. Propriè, non metaphoricè, dicta.

3 Vtrum iustitia sit uirtus? Sic.

4 Vtrum iustitia sit in uoluntate, sicut in subiecto? Sic.

5 Vtrum iustitia sit uirtus generalis? Sic. Non. Per prædicationem: Sed per uirtutem. i. ut ordinatiua hominis ad bonum commune. Vide ar. 6.

6 Vtrum iustitia, secundum quòd est generalis, sit idem per essentiam cum omni uirtute? Non.

7 Vtrum sit aliqua iustitia particularis, præter iustitiam generalem? Sic.

8 Vtrum iustitia particularis habeat materiam specialem? Sic.

9 Vtrum iustitia sit circa passiones? Non.

10 Vtrum medium iustitiæ sit medium rei? Sic.

11 Vtrum actus iustitiæ sit reddere unicuique quod suum est? Sic. Et quidem actus proprius.

12 Vtrum iustitia præemineat inter omnes uirtutes morales? Sic. Siue sit iustitia generalis, siuè particularis.

QVAESTIO LIX.

De iniustitia.

1 Vtrum iniustitia sit uitium speciale? Sic.

Nisi sit iniustitia illegalis; quantum ad intentionem.

2 Vtrum aliquis dicatur propriè iniustus ex eo, quòd facit iniustum? Non. Nisi faciat ex intẽtione, & electione, iniustũ.

3 Vtrum aliquis possit pati iniustum uolens? Non. Nisi per accidens, & materialiter.

4 Vtrum quicunque facit iniustum, peccet mortaliter? Sic. Quantum est ex genere suo.

QVAESTIO LX.

De iudicio.

1 Vtrum iudicium sit actus iustitiæ? Sic. Inquantum est propriè actus iudicis, ius dicentis.

2 Vtrum sit licitum iudicare? Sic. Nisi deficiat uel iustitia, uel authoritas, uel prudentia.

3 Vtrum iudiciũ ex suspicione procedens sit illicitum? Sic. Quandoque uenialiter, quandoque mortaliter.

4 Vtrum dubia in meliorem partem sint interpretanda? Sic. Quando non apparent manifesta indicia de malo alicuius.

5 Vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum? Sic. Dummodò sint iustę.

6 Vtrum iudicium per usurpationem reddatur peruersum? Sic.

QVAESTIO LXI.

De partibus iustitiæ. Et primo de partibus subiectiuis; quæ sunt species iustitiæ, scilicet distributiua, & commutatiua.

1 Vtrum conuenienter ponantur duæ species iustitiæ, scilicet commutatiua, & distributiua? Sic.
2 Vtrum medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiua & commutatiua? Non.
3 Vtrum materia utriusque iustitiæ sit diuersa? Sic. Sumendo pro materia ipsa, actiones principales.
4 Vtrum iustum sit simpliciter idem, quòd contrapassum? Non. Nisi loquendo de iusto commutatiuo secundum æqualitatem quantitatis.

QVAESTIO LXII.

De restitutione; quæ est actus iustitiæ commutatiuæ.

1 Vtrum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ? Sic.
2 Vtrum sit necessarium ad salutem, quòd fiat restitutio eius quod ablatũ est? Sic.
3 Vtrum sufficiat, restituere simplum, quod iniustè ablatum est? Sic. Ante condẽnationem à iudice factam.

4 Vtrum aliquis debeat restituere, quod non abstulit? Non. Vide ar. 7. sequen.

5 Vtrum oporteat semper facere restitutionem ei, à quo acceptum est aliquid? Sic.

6 Vtrum ille, qui accepit, teneatur semper restituere? Sic.

7 Vtrum illi, qui nõ acceperunt, teneantur restituere? Non. Nisi fuerint directè, uel indirectè, causa iniustæ acceptionis.

8 Vtrum teneatur quis restituere statim? Sic. Nisi per impotentiam, uel per concessionem dilationis impetratæ, excusetur.

QVAESTIO LXIII.

De uitijs oppositis prædictis iustitiæ partibus. Et primo de acceptione personarum: quę opponitur iustitiæ distributiuæ.

1 Vtrum personarum acceptio sit peccatum? Sic.

2 Vtrum in distributione spiritualium locum habeat personarum acceptio? Sic. Et grauiori peccato tunc maculat; q̃ in distributione temporalium.

3 Vtrum in exhibitione honoris & reuerentiæ locum habeat peccatũ acceptionis personarum? Sic. Si honoretur quis propter alias causas, quæ non faciunt dignum honore.

4 Vtrum

4 Vtrum in iudiciis locum habeat peccatũ acceptionis personarum? Sic.

QVAESTIO LXIIII.

De uitiis oppositis commutatiuæ iustitiæ. Et primo de homicidio; per quod infertur nocumétum proximo in persona.

1 Vtrum occidere animalia bruta, uel etiã plantas, sit peccatum? Non.
2 Vtrum occidere peccatores sit licitum? Sic. Si sint periculosi communitati.
3 Vtrum occidere peccatorem liceat priuatæ personæ? Non. Sed tantum habentibus publicam potestatem.
4 Vtrum occidere malefactores liceat clericis? Non.
5 Vtrum liceat alicui occidere seipsum? Non.
6 Vtrum liceat, in aliquo casu interficere innocentem? Nullo modo.
7 Vtrum alicui liceat occidere aliquem, se defendendo? Non. Nisi intendat non occidere, sed solum se defendere; cum moderamine inculpatæ tutelæ.
8 Vtrum casualiter occidens hominem incurrat homicidii reatum? Sic. Nisi det operam rei licitæ; & remoueat remouẽda, ex quibus sequitur homicidium.

QVAESTIO LXV.

De iniuriis in personam proximi commissis.

1 Vtrum mutilare aliquē membro aliquo in aliquo casu sit licitum? Non. Nisi fiat ꝑ publicā potestatem; vel ad præseruandum totum corpus à corruptione, de uoluntate habentis curam ipsius corporalis salutis.

2 Vtrum liceat patribus uerberare filios, & dominis seruos? Sic. Causa correctionis, & disciplinæ.

3 Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare? Non. Sed nec qualitercunque detinere. Nisi fiat secundum ordinem iustitiæ; uel ad cautelam alicuius mali uitandi.

4 Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, ꝙ prædictæ iniuriæ inferuntur in personas aliis coniunctas? Sic. Cæteris paribus.

QVAESTIO LXVI.

De furto. Per quod infertur nocumentum proximo in rebus.

1 Vtrum possessio exteriorum rerum sit homini naturalis? Sic. Quantum ad usum earum.

2 Vtrum alicui liceat rem aliquam quasi pro-

propriam possidere? Sic. Quantum ad potestatem procurandi & dispensandi eam, non quantum ad usum rerum ipsarum: ut, scilicet non communicet usum illarum necessitatē patienti. De eleemosina igitur uide q 32. pro quanto sufficit præsenti loco.

3 Vtrum occultè accipere rem alienam sit de ratione furti? Sic.

4 Vtrum furtum & rapina sint peccata differentia specie? Sic.

5 Vtrū furtum semper sit peccatum? Sic.

6 Vtrum furtum sit peccatum mortale? Sic. De re notabili.

7 Vtrum liceat alicui furari propter necessitatem? Non. Nisi in casu tantæ necessitatis, ut manifestum sit, de rebus occurrentibus subueniendū esse instanti necessitati.

8 Vtrum rapina possit fieri sine peccato? Non. Neque etiam sub pallio potestatis publicæ.

9 Vtrum furtum sit grauius peccatum, quā rapina? Non. Sed è contrario.

QVAESTIO LXVII.

De uitiis oppositis commutatiuæ iustitiæ: quæ consistunt in uerbis, quibus læditur proximus. Et primo de his, quæ pertinent ad iudicium. Et primo de iniustitia iudicis in iudicando.

1 Vtrum possit quis iustè iudicare eum,

qui non est sibi subditus? Non.

2 Vtrum iudici liceat iudicare contra ueritatem, quam nouit, propter illa, quæ in contrariũ proponuntur? Non. Nisi in casu; & post diligentissimam discussionem probationum in contrarium adductarum non possit eas de iure repellere; & non possit remittere hanc causam superiori iudicandam. i. renunciare officio suo in tali causa.

3 Vtrum iudex possit aliquem condemnare, etiam si non sit aliquis accusator? Non. In criminibus. Accusator est & persona accusans, & aliquid supplens uicem accusatoris, puta Rebellio contra rempublicam, ciuitatem, & maximè cõtra Ecclesiam; uel publica infamia.

4 Vtrum licitè possit iudex pœnam relaxare? Non. Nisi & habeat plenariam potestatem in republica; & ille, qui passus est iniuriam, uelit eam remittere; Et talis remissio non sit nociua publicæ utilitati.

QVAESTIO LXVIII.

De iniustitia accusatoris in accusando.

1 Vtrum homo teneatur ad accusandum? Non. Nisi & crimen sit in detrimentum reipublicæ; & ipse possit sufficienter probare quod accusando dicit.

2 Vtrum necessarium sit accusationem in scriptis fieri? Sic.

3 Vtrum

3 Vtrum accuſatio reddatur iniuſta propter calumniam, præuaricationem, & tergiuerſationem? Sic. Calumnia eſt crimina falſa ex malitia imponere accuſato; uel punitionem accuſati malitioſe impedire in damnum Reipublicæ. Præuaricatio eſt, fraudem in accuſatione adhibere ideſt colludere cum Reo, proprias probationes diſſimulando, & falſas excuſationes admittendo. Tergiuerſatio eſt, totaliter deſiſtere inordinatè ideſt abſque legitima cauſa, ab accuſatione.

4 Vtrum accuſator, qui in probatione defecerit, teneatur ad pœnam talionis? Sic.

QVAESTIO LXIX.

De iniuſtitia accuſati in ſua defenſione.

1 Vtrum abſque peccato mortali poſſit accuſatus negare ueritatem, per quam cõdemnaretur? Non, ſi iudex hanc ab eo exigat ſecundum formam iuris.

2 Vtrũ accuſato liceat, calumnioſe ſe defendere? Non: Inquantum ſcilicet non licet ei pro defenſione dicere falſitatem, aut ueritatem tacere ex debito iuris confitendam, aut fraudem uel dolum aliquem adhibere.

3 Vtrum accuſato liceat iudicium per appellationem declinare? Sic. Ex confidentia ſolum iuſtæ cauſæ.

4 Vtrum condemnato ad mortem liceat ſe defen-

defendere; si possit? Non. Nisi in casu iniustę condemnationis: absque graui scandalo.

QVAESTIO LXX.

De iniustitia testis in testificando.

1 Vtrum homo teneatur ad testimonium ferendum? Non. Nisi cum uel à superiori compellitur secundum ordinem iuris: uel etiam à non superiori requiritur eius testimonium ad liberandum aliquem ab iniusto damno.

2 Vtrum sufficiat duorum, uel trium testimonium? Sic.

3 Vtrum alicuius testimoniũ sit absq; eius culpa repellẽdũ? Sic. Vel ex defectu rõnis, vel ex affectu grãdi, uel ex cõditione exteriori. Vt: Repellũtur propter primũ, amentes, pueri, mulieres: Propter secundum, inimici, coniuncti, domestici: Propter tertium, pauperes, serui, & illi de quibus probabile est, quod de facili induci possint ad dicẽdum testimoniũ contra ueritatem (ut illi, quibus imperari potest).

4 Vtrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale? Sic.

QVAESTIO LXXI.

De iniustitia aduocati, in aduocando.

1 Vtrum aduocatus teneatur præstare patrocinium

trocinium causę pauperum? Sic. In casu necessitatis.

2 Vtrum conuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi? Sic. Amentes, impuberes, surdi, muti, cæci, infames, infideles, de grauib. criminibus dānati. Propter necessitatē tantū & pro seipsis, aut sibi cōiunctis uti possunt aduocati officio, Monachi, & Clerici.

3 Vtrum aduocatus peccet, si iniustam causam defendat? sic. Nisi per ignorantiā, qua iustam causam se defendere putabat, excusetur.

4 Vtrum aduocato liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere? sic si moderatè accipiat, consideratis considerandis.

QVAESTIO LXXII.

De iniurijs uerborum extra iudicium. & primo de contumelia.

1 Vtrum contumelia consistat in verbis? sic. Propriè loquendo.

2 Vtrum contumelia, seu cōuitium, sit peccatum mortale? sic. Nisi sit contumelia per accidens, id est, non animo dehonorandi dicta; & non ita grauis, vt auferat honorem eius, contra quem profertur.

3 Vtrum debeat quis contumelias sibi illatas sustinere? sic. Nisi bonum & contumeliosi, & aliorum, eum ad eas repellendas astringat.

4 Vtrum contumelia oriatur ex ira? sic.

QVAE-

QVAESTIO LXXIII.

De detractione.

1 Vtrum detractio conuenienter diffiniatur, quod est denigratio alienæ famæ per occulta uerba? sic. Occulta id est non dicta in præsentia eius, cui detrahitur.

2 Vtrum detractio sit peccatum mortale? sic. Per se loquendo. Et etiam per accidens: quando notabiliter fama alterius læditur, maximè in pertinentibus ad honestatem vitæ.

3 Vtrum detractio sit grauius omnibus peccatis, quę in proximum committuntur? Non: tamen secundum genus suum est grauius, quam furtum.

4 Vtrum audiens, qui tolerat detrahentem, grauiter peccet? sic. Nec minus, quam detrahens, si placeat ei detractio, immò quandoque magis.

QVAESTIO LXXIIII.

De susurratione.

1 Vtrum susurratio sit peccatum distinctum à detractione? sic. In fine: licet non in materia, neque in modo loquendi, inquātū scilicet detractor & susurro conueniunt in hoc, quod uterque dicit malum de proximo, & occultè: differūt

autem

autem in hoc: quod detractor intendit denigrare famam proximi, & susurro intendit separare amicitiam proximorum.

2 Vtrum susurratio sit grauius peccatum, quam detractio? sic.

QVAESTIO LXXV.

De derisione.

1 Vtrum derisio sit speciale peccatum ab alijs præmissis distinctum? sic.

2 Vtrum derisio sit peccatum mortale? sic. Quando fit ratione paruipensionis personæ. Grauius, quam contumelia: Grauissimum; si quæ Dei sunt ponantur in risum, vel iocum.

QVAESTIO LXXVI.

De maledictione.

1 Vtrum liceat maledicere aliquem? Non, si fiat per modum imprecantis vel optantis; & per se, id est sub ratione mali.

2 Vtrum liceat maledicere creaturas irrationales? Non. Nisi secundum q̃ licitũ esset maledicere homini (vt in ar. 1.) si maledicantur, inquantum sunt in seruitium hominis. Nec etiã licet maledicere illis, inquãtum sunt creaturæ Dei, quia hoc esset blasphemia (uide q. 13. de blas.)

blaſ.) Nec licet maledicere illis ſecundum ſe conſideratis ; quoniam hoc eſt uanum,& ocioſum.

3 Vtrum maledicere ſit peccatum mortale ? ſic. ſecundum genus ſuum. ſi fiat per modum imperantis vel optantis.

4 Vtrum maledicere ſit grauius peccatũ, quam detractio ? Non. Sed è contra. Niſi maledictio fiat per modum imperij , ſimulq́ue inferat maius nocumentum,quam ſit denigratio famæ.

QVAESTIO LXXVII.

De fraude : quæ committitur in emptionibus,& uenditionibus.

1 Vtrum aliquis poſſit licitè,rem uendere plus,quam ualeat ? Non. Loquendo de ualore rei tam ſecundum ſe , quam ſecundum uenditoris læſionem.

2 Vtrum venditio reddatur illicita propter defectũ rei uenditæ? ſic.ſiuè ſit defectus rei ſecundum ſpeciem, ſiuè quantitatẽ , ſiuè qualitatem.

3 Vtrum venditor teneatur dicere uitium rei uenditæ ? ſic. Niſi ſit manifeſtum, ſimulq́ue ideò detrahat de pretio,quantum oportet.

4 Vtrum liceat negotiando, aliquid carius uendere,quam emere ? ſic: ſeruatis ſeruandis; ſcilicet uel quia rem meliorauit , uel quia precium rei eſt mutatum (puta ſecundum diuerſitatem loci, aut temporis)

temporis) uel propter periculum cui se exponit, de loco ad locum rem transferendo, aut transferri faciendo.

QVAESTIO LXXVIII.

De usura.

1 Vtrum accipere usuram pro pecunia mutuata sit peccatum? Sic. secundum se.

2 Vtrum liceat pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere? Non. Nisi tamquam donum te vera gratuitum: uel etiam aliquod non mensurabile pecunia.

3 Vtrũ quicquid de pecunia usuraria quis lucratus fuerit reddere teneatur? Sic. Nisi lucrum ipsum sit fructus humanæ industriæ tantum.

4 Vtrum liceat pecuniam accipere mutuo sub usura? Sic. Non inducendo tamen mutuantem ad usuram, sed utendo peccato illius ad bonum proprium.

QVAESTIO LXXIX.

De partibus integralibus iustitiæ, scilicet: facere bonum, & declinare à malo.

1 Vtrum declinare à malo, & facere bonũ, sint partes iustitiæ? sic, sub ratione debiti.

2 Vtrum transgressio sit speciale peccatũ? sic.

sic. Loquendo formaliter id est secundũ quod dicit esse contra præceptum negatiuum.

3 Vtrum omissio sit speciale peccatum? sic.

4 Vtrum peccatum omissionis sit grauius quam transgressionis? Non. Sed è contra. Simpliciter, & absolutè loquendo.

QVAESTIO LXXX.

De partibus potentialibus iustitiæ .i. de uirtutibus ei annexis.

1 Vtrum conuenienter assignentur uirtutes annexæ iustitiæ? Sic. Religio, pietas, obseruantia, gratia, uindicatio, ueritas, amicitia, liberalitas, epicheia.

QVAESTIO LXXXI.

De singulis uirtutibus iustitiæ annexis, & primo de religione.

1 Vtrum religio ordinet hominem solum ad Deum? sic.

2 Vtrum religio sit uirtus? sic.

3 Vtrum religio sit una uirtus? sic.

4 Vtrum religio sit specialis uirtus ab aliis distincta? Sic.

5 Vtrum religio sit uirtus theologica? Nõ. Sed moralis.

6 Vtrum religio sit præferenda aliis uirtutibus moralibus? Sic.

7 Vtrum religio habeat aliquem exterio-

rem actum? sic. Quasi secundarium, & ad interiores actus per se ad religionẽ pertinentes ordinatum.

8 Vtrum religio sit idem sanctitati? Sic. Essentialiter: non secundum rationem.

QVAESTIO LXXXII.

De deuotione, Quæ est actus religionis.

1 Vtrum deuotio sit specialis actus uoluntatis? Sic.

2 Vtrum deuotio sit actus religionis? Sic.

3 Vtrum contemplatio, seu meditatio, sit deuotionis causa? Sic. Causa intrinseca, & secundaria.

4 Vtrum lętitia sit deuotionis effectus? Sic. Quandoque principaliter, quandoque ex consequenti, ab ea causatus.

QVAESTIO LXXXIII.

De oratione. Quæ est actus religionis.

1 Vtrum oratio sit actus appetitiuę uirtutis? Non. Sed rationis.

2 Vtrum sit conueniens orare? Sic. Non ut diuinam dispositionem mutemus; sed ut id impetremus, quod Deus disposuit per orationes fidelium esse implendum.

3 Vtrum oratio sit actus religionis? Sic. Propriè.

4 Vtrum

4 Vtrum ſolus Deus debeat orari? Non. Sed etiam Sancti Angeli & homines in patria exiſtentes. Diuerſimodè tamen; ut ſcilicet Deus per ſeipſum impleat id, qđ orãdo petimus: & ut ſancti ſuis meritis, ac precibus tanquam noſtri aduocati ad hoc, apud Deum inſiſtant.

5 Vtrum in oratione debeamus aliquid determinate a Deo petere? Sic. Abſolutè: Niſi illud, quod malum euentum habere poteſt. Conditionaliter ergo.i. ſi expedit ad ſalutem animæ, petimus quæ poſſunt malum ſortiri euentum; ut ſunt honores, diuitiæ, ſanitas corporalis, filiorum generatio, & ſimilia. Abſolutè autem petere debemus gratiam Dei, uirtutes, dona Spiritusſancti, remiſſionem peccatorum, bonum uſum liberi arbitrii noſtri, perſeuerantiam in omni bono ſpirituali, præſeruationem à quibuſcunque peccatis mortalibus, beatitudinem æternam, & ſimilia.

6 Vtrum homo debeat temporalia petere à Deo, orando? Sic. Ad ſufficientiam uitæ: & tanquam adminicula pro conſecutione æternę beatitudinis; non aliter.

7 Vtrum debeamus pro aliis orare? Sic.

8 Vtrum debeamus pro inimicis orare? Sic. Eodem modo; quo tenemur diligere inimicos. q. 25. ar. 8. 9.

9 Vtrum conuenienter ſeptem petitiones orationis Dominicæ aſſignentur? Sic.

Et

Et perfectissimè;& ordinatissimè.

10 Vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ? Sic.

11 Vtrum sancti, qui sunt in patria, orent pro nobis? Sic. Et hoc omninò dicendum est.

12 Vtrum oratio debeat esse uocalis? Sic. Maximè,communis.

13 Vtrum de necessitate orationis sit,quòd sit attenta? Sic. Attentione uirtuali; ad merendum & impetrandum:actuali uerò,ad gustandum, quam suauis est Dominus.

14 Vtrum oratio debeat esse diuturna?Sic. Donec excitetur feruor mentis. Immo & debet esse continua, secundum causam suam.i. secundum desiderium charitatis.

15 Vtrum oratio sit meritoria? Sic. Et impetratiua; & spiritualis consolationis causatiua.

16 Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo? Sic. Ex pura misericordia.

17 Vtrum conuenienter dicantur esse orationis partes,obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones? Sic.

QVAESTIO LXXXIIII.

De exterioribus actibus latriæ. Et primo de adoratione; per quam aliquis suum corpus ad Deum uenerandum exhibet.

1 Vtrum adoratio sit actus latriæ, siuè religionis? Sic.
2 Vtrum adoratio importet actum corporalem? Sic. Et spiritualem. Ad quem excitandum, ut ad finem, ordinatur ille corporalis.
3 Vtrum adoratio requirat determinatum locum? Sic. Secundum quandam decentiam.

QVAESTIO LXXXV.

De actibus latriæ; quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. Et primo de sacrificijs.

1 Vtrum offerre sacrificium Deo sit de lege naturæ? Sic.
2 Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum? Sic.
3 Vtrum oblatio sacrificij sit specialis actus uirtutis? Sic.
4 Vtrum omnes teneantur ad sacrificia offerenda? Sic. Ad sacrificium interius, scilicet cordis totius animæ, Deo. Licet non ad sacrificium exterius eodem modo sumptum: sed soli sacerdotes ritè ab

Episco-

Episcopo ordinati sacrificium Eucharistiæ debent offerre; & de alijs sacrificijs possunt alij oblationem facere modo illis conuenienti.

QVAESTIO LXXXVI.

De oblationibus, & primitijs.

1 Vtrum homines ex necessitate præcepti teneantur ad oblationes? Sic. Non. tamen ad omnes.

2 Vtrum sacerdotibus solum debeantur oblationes? Sic. Quæ Deo á populo exhibentur.

3 Vtrum homo possit oblationes facere de omnibus rebus licite possessis? Sic. Per se, loquendo.

4 Vtrum ad primitias soluendas homines teneantur? Sic. In speciali. Ex determinatione Ecclesiæ in lege noua.

QVAESTIO LXXXVII.

De decimis.

1 Vtrum homines teneantur dare decimas ex necessitate præcepti? Sic. Partim ex iure naturali; partim ex statuto Ecclesię.

2 Vtrum de omnibus teneantur decimas dare? Sic. De omnibus licitè possessis & prædiales, & personales.

3 Vtrum decimæ sint clericis dandę? Sic.

Tanquam solis habentibus ius eas accipiendi, si tamen habeant curã animarũ.

4 Vtrum etiam clerici teneantur decimas dare? Sic. De à se possessis proprio iure.

QVAESTIO LXXXVIII.

De uoto. Per quod cultu latriæ aliquid Deo promittitur.

1 Vtrum uotum consistat in solo proposito uoluntatis? Non. Sed coexigitur promissio facta Deo.

2 Vtrum uotum semper debeat fieri de meliori bono? Sic. Propriè loquendo. Quamuis de aliquo alio actu uirtutis possit absolutè fieri.

3 Vtrum omne uotum obliget ad sui obseruationem? Sic.

4 Vtrum expediat, aliquid uouere? Sic.

5 Vtrum uotum sit actus latriæ, siuè religionis? Sic. Propriè.

6 Vtrum magis sit laudabile, & meritoriũ, facere aliquid ex uoto; quam sine uoto? Sic.

7 Vtrum uotum solemnizetur per susceptionem sacramenti ordinis, & per professionem ad certam regulam, à summo Pontifice approbatam? Sic.

8 Vtrum illi, qui sunt alterius potestati subiecti, impediantur à uouendo? Non. Expressa tamen, uel sub intellecta, conditione hac, scilicet si suis superioribus placuerit, uel non renitantur.

9 Vtrum pueri possint uoto se obligare ad religionis ingressum? Sic. Post annos pubertatis, etiam absque uoluntate parentum.

10 Vtrum possit in uoto dispensari? Sic. Et in aliquo casu est necesse.

11 Vtrum in uoto solemni continentię possit fieri dispensatio? Sic. Nisi sit solemne per professionem monachalem, siuè alicuius religionis.

12 Vtrum ad commutationem, uel dispensationem, uoti requiratur pręlati authoritas? Sic.

QVAESTIO LXXXIX.

De iuramento. Per quod assumitur nomen diuinum ad propria uerba confirmanda.

1 Vtrum iurare sit testem Deum inuocare? Sic.

2 Vtrum sit licitum iurare? Sic. Seruata necessitate, & cautela debita.

3 Vtrum conuenienter ponantur tres comites iuramenti, scilicet iustitia, iudicium, & ueritas? Sic. Iustitia, ut iuret quis de re licita (aliàs iuramentum esset iniquum) iudiciū ut iuret ex necessitate (aliàs iuramentum esset incautum), ueritas ut iuret de re uera (aliàs iuramentum esset falsum).

4 Vtrum sit actus religionis, siuè latriæ? Sic.

5 Vtrum iuramentum sit per se appetendum, & frequentãdum, tanquã per se utile & bonum? Non. Iuxta illud Ecclesia. 23. Vir multùm iurans replebitur iniquitate.

6 Vtrum liceat per creaturas iurare? Non. Nisi inquantum in eis diuina ueritas manifestatur: Vel, ut in aliqua earum diuinum iudicium exerceatur.

7 Vtrum iuramentum habeat uim obligãdi? Sic. Diuersimode tamen; iuxta diuersitatem iuramentorum.

8 Vtrum maior sit obligatio iuramenti, quam voti? Non.

9 Vtrum aliquis possit in iuramento dispẽsari? Sic. Et quandoque est necessarium.

10 Vtrum iuramentum impediatur per aliquam conditionem personæ uel temporis? Sic. Personę: Vt pueri ante annos pubertatis, periuri, in dignitate magna constituti. Temporis: Vt solennes dies.

QVAESTIO XC.

De adiuratione. Per quam assumitur nomen diuinum.

1 Vtrum liceat, adiurare hominem? Sic. Ex reuerentia diuini nominis inducendo alium ad aliquid: non autẽ necessitando, nisi sit subditus.

2 Vtrum liceat, adiurare dęmones? Sic.

Per

Per modum compulsionis tantum; nè nobis, uel aliis hominibus, noceant corporaliter, uel spiritualiter.

3 Vtrum liceat, adiurare irrationalem creaturam? Non. Nisi adiuratio referatur ad motorem ipsius, scilicet Deum, uel diabolum.

QVAESTIO XCI.

De laude Dei.

1 Vtrum Deus sit ore laudandus? Sic. Ad nos, uel etiam alios excitãdos in Deũ.

2 Vtrum in diuinis laudibus sint cantus assumendi? Sic. Ad id; ut suprà.

QVAESTIO XCII.

De uitiis oppositis religioni: quę tamen eo habent falsam similitudinẽ religionis. Et primo de superstitione.

1 Vtrum superstitio sit uitium religioni cõtrarium? Sic. Per excessum .i. exhibendo cultum diuinum cui non debet; uel eo modo quo non debet.

2 Vtrum sint diuersæ superstitionis species? Sic. Scilicet, superstitio simpliciter dicta; Idolatria; Diuinatio; obseruationum quarundam superstitio.

QVAESTIO XCIII.

De speciebus superstitionis. Et primo, de superstitione simpliciter, i. nullo addito, dicta.

1. Vtrum in cultu ueri Dei possit esse aliquid perniciosum? Sic. Vel ex parte rei significatæ; uel ex parte ministri colentis.
2. Vtrum in cultu ueri Dei possit esse aliquid superfluum? Sic. Secundum tamen quantitatem non absolutam, sed proportionis. Et aliquo quinque modorum, scilicet si fiat aliquid, quod quantum est de se non pertinet ad gloriam Dei; neque ad hoc quòd mens hominis feratur in Deum, neque ad hoc, quod carnis concupiscentię inordinatę refrenentur. Aut si fiat aliquid præter Dei, uel Ecclesiæ institutionem; aut contra consuetudinẽ communem populi Christiani.

QVAESTIO XCIIII.

De idolatria.

1. Vtrum idolatria rectè ponatur species superstitionis? Sic.
2. Vtrum idolatria sit peccatum? Sic.
3. Vtrum idolatria sit grauissimum peccatorum? Sic. Secundum grauitatem ex parte

parte peccati consideratam.
4 Vtrum causa idolatriæ fuerit ex parte hominis? Sic. Et diaboli.

QVAESTIO XCV.

De diuinatione.

1 Vtrum diuinatio sit peccatum? Sic.
2 Vtrum diuinatio sit species superstitionis? Sic.
3 Vtrum sint plures species diuinationis? Sub unoquoque trium generum ipsius diuinationis, scilicet sub necromantia, Augurio, Sorte.
4 Vtrum diuinatio, quæ fit per inuocationem dęmonum, sit licita? Non.
5 Vtrum diuinatio, quæ fit per astra, sit licita? Non. Nisi fiat solum ad præcognoscendum illa futura, quæ ex astris. i. cęlestibus corporibus causantur, scilicet siccitatem, pluuias, & similia. Non autẽ opera hominum, & casuales euentus. Vide pri. par. q. 115. ar. 3. 4. 6.
6 Vtrum diuinatio, quæ fit per somnia, sit licita? Non. Nisi per somnia, secundum quòd procedunt uel ex reuelatione diuina; uel ex causa naturali, siuè intrinseca siuè extrinseca, pro quanto tamen causa talis naturaliter se potest extendere; & non aliter.
7 Vtrum diuinatio, quæ fit per auguria, & omina, & alias huiusmodi obseruationes exteriorum rerum, sit licita? Non. Si

extendatur ultra illud, ad quod secūdū ordinem uel naturæ, uel diuinæ prouidentię potest pertingere.

8 Vtrum diuinatio sortium sit licita? Non. Nisi expectetur iudiciū sortium a Domino, cum debita reuerentia imploratio, in casu necessitatis, & nisi in diuisione rerū temporalium in casu necessitatis expectetur, ex fortuna euentus sortiū; nulla uanitatis mixtura admissa.

QVAESTIO XCVI.

De obseruantiarum superstitionibus.

1 Vtrum uti obseruantiis artis notoriæ, ad scientiam acquirendam, sit licitū? Non. Sed & ars notoria est tum illicita tum ad acquisitionem scientiæ inefficax.

2 Vtrum uti obseruationibus, quæ ordinātur ad corporum immutationem (puta ad sanitatem, & huiusmodi) sit licitum? Non. Nisi ut pateat illas naturaliter posse inducere effectus tales.

3 Vtrum uti obseruantijs, ad præcognoscendum aliqua eufortunia uel infortunia, sit licitum? Non.

4 Vtrum suspendere diuina uerba ad collū, sit licitum? Sic. Nisi cōmisceatur aliquid falsum, illicitum, aut uanum.

QVAESTIO XCVII.

De uitiis religioni oppositis; quæ manifestam habent contrarietatem ad religionem. & 1. De tentatione Dei qua scilicet Deus tenteatur.

1 Vtrum tentatio Dei consistat in hoc, quod aliquis committit se auxilio diuino sine utilitate uel necessitate, idest, nolendo facere quod in se est, seu nolendo uti causis secundis? Sic. Quod est; hominem tunc tentare Deum, quando prætermittit facere quod potest ad pericula euadenda, respiciens solum (ut inquit) ad auxilium diuinum.

2 Vtrum tentare Deum sit peccatum? Sic. si uerè sit tentare Deum.

3 Vtrum tentatio Dei opponatur uirtuti religionis? Sic.

4 Vtrum tentatio Dei sit grauius peccatum, quam superstitio? Non. Sed è contra.

QVAESTIO XCVIII.

De periurio.

1 Vtrum falsitas eius, quod iuramento confirmatur, requiratur ad periurium? Sic. Hoc est. Falsitas est de ratione periurij.

2 Vtrum omne periurium sit peccatum? Sic. Contrarium religioni.

3 Vtrum omne periurium sit peccatũ mortale? Sic. De sui ratione.

4 Vtrum peccet ille, qui iniungit iuramentum ei, qui periurat? Sic: Nisi uel ignorantia de iuraturo falsum, uel officio iuridico personæ publicæ, excusetur.

QVAESTIO XCIX.

De sacrilegio.

1 Vtrum sacrilegium sit sacræ rei uiolatio? Sic.

2 Vtrum sacrilegium sit peccatum speciale? Sic.

3 Vtrum species sacrilegij distinguantur secundum res sacras? Sic. Quæ & grauitatem peccati habent correspondenter ad nobilitatem ipsarum. Vt. Grauissimum est sacrilegium, quod contra sacramenta committitur: & omnibus his grauius est sacrilegium contra Eucharistiam commissum.

4 Vtrum pœna sacrilegij debeat esse pecuniaria? Sic Et excommunicatio, & pœna capitalis. i. mors corporalis.

QVAESTIO C.

De symonia.

1 Vtrũ symonia sit studiosa uoluntas emẽdi,

di,uel uendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum? Sic.

2 Vtrum semper sit peccatum pro sacramẽtis pecuniam accipere? Sic. Quod nulla consuetudine in contrarium excusari potest. Pro sustentatione tamen ministrorum aliquid moderatum secundum ordinationem Ecclesiæ; simulque approbatas consuetudines, accipere licet.

3 Vtrum liceat dare & accipere pecuniam pro spiritualibus actibus? Non. Formaliter loquendo, i. de spritualibus, ut spiritualibus; de dare & accipere, pro emptionis & uenditionis intentione sumptis.

4 Vtrum sit licitum accipere pecuniã pro his, quæ sunt spiritualibus annexa? Non.

5 Vtrum liceat, spiritualia dare pro munere; quod est ab obsequio, uel à lingua? Non. Eadem ratione, qua nec licet pro munere à manu.

6 Vtrum sit conueniens pœna, symoniaci ut priuetur eo, quod per symoniam acquisiuit? Sic. Et infamia, & depositione à clericatu, atque excõmunicatione.

QVAESTIO CI.

De Pietate.

1 Vtrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum? Sic. Ad parentes, & patriam, atque ad per-

ſonas in dignitate conſtitutas, in ordine ad bonum commune. q. 102. ar. 3

2 Vtrum pietas exhibeat parentibus ſuſtẽtationem? Sic. Et honorem.

3 Vtrum pietas ſit ſpecialis uirtus ab alijs diſtincta? Sic.

4 Vtrũ occaſione religionis ſint prætermittenda pietatis officia in parentes? Dabilis nõ eſt caſus iſte, ſcilicet quod pietas & religio, ſe ſic mutuò impediant.

QVAESTIO CII.

De obſeruantia.

1 Vtrum obſeruantia ſit ſpecialis uirtus ab alijs diſtincta? Sic.

2 Vtrum ad obſeruantiam pertineat exhibere cultum & honorem his, qui ſunt in dignitate conſtituti? Sic.

3 Vtrum obſeruantia ſit potior uirtus, quã pietas? Non. Sed è contrà.

QVAESTIO CIII.

De partibus obſeruantiæ. Et primo de dulia.

1 Vtrum honor importet aliquid corporale? Sic. Et quandoque interius ſpiritua le, ſolum quò ad Deum.

2 Vtrum honor propriè debeatur ſuperioribus? Sic.

3 Vtrũ dulia, cuius eſt exhibere honorem,

& cul-

& cultum superioribus, sit specialis uirtus distincta à latria? Sic.
4 Vtrũ dulia habeat diuersas species? Nõ. Nisi communiter sumpta.

QVAESTIO CIIII.

De obedientia. Quæ est pars obseruantiæ.

1 Vtrum homo teneatur alteri obedire? Sic. Ex ordine iuris naturalis, & diuini.
2 Vtrũ obedientia sit specialis uirtus? Sic.
3 Vtrum obediẽtia sit maxima uirtutum? Sic. Per se loquendo: & respectu rãtum uirtutum moralium consistentium in contemptu terrenorum.
4 Vtrum in omnibus sit Deo obediẽdum? Sic. Quadam necessitate iustitiæ.
5 Vtrum subditi teneantur, suis superioribus in omnibus obedire? Non. Nisi in his quæ pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum Secundum tamen rationem superioritatis; & iustitiæ præceptorum Dei.
6 Vtrum Christiani teneantur sæcularibus potestatibus obedire? Sic. Salua iustitia præceptorum Dei.

QVAESTIO CV.

De opposito, scilicet inobedientia.

1 Vtrum inobedientia sit peccatum mortale?

tale? Sic. Respectu præceptorum & Dei & superiorum.

2 Vtrum inobedientia sit grauissimum peccatorum? Non. Immo nec quælibet ad se inuicem collata est peccatum grauissimum: sed diuersimodè graduatur.

QVAESTIO CVI.

De gratia, siuè (quod nunc idem est) gratitudine.

1 Vtrũ gratia sit specialis uirtutus ab alijs distincta? Sic.

2 Vtrum magis teneatur ad gratias Deo reddendas innocens, quam pœnitens? Non. Sed è contrà: Nisi attendatur quãtitas dati; secundum absolutam considerationem.

3 Vtrum homo teneatur ad gratiarum actiones omni homini benefactori? Sic. Et ad eius, ut benefactoris, honorem ac reuerentiam; &, ut indigentis, subuentionem.

4 Vtrum homo debeat beneficium statim recompensare? Non. Nisi quantum ad affectum.

5 Vtrum recompensatio beneficij, seu gratiarum actio sit magis attendenda secundum affectũ beneficiantis, quam secundum effectum? Sic. Nisi sit recompensatio beneficij pertinens uel ad iustitiã, uel ad amicitiam utilis.

6 Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in re-

in recompensatione gratitudinis, quam susceperit in beneficio? Sic. Saltem secundum affectum. Inquantum, scilicet animus gratus semper tendit ad hoc; ut pro suo, posse aliquid maius retribuat.

QVAESTIO CVII.

De opposito, scilicet ingratitudine.

1 Vtrum ingratitudo sit semper peccatū? Sic.
2 Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum? Sic.
3 Vtrum ingratitudo sit semper peccatum mortale? Non. Sed quandoque ueniale. quandoque mortale; loquendo de ingratitudine, tum per omissionem, tum per commissionem contingente.
4 Vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda? Non. Nisi considerando eorum demerita; uel etiam abusum, ex multiplicatis beneficijs.

QVAESTIO CVIII.

De uindicatione.

1 Vtrum uindicatio sit licita? Non. Nisi intentio uindicantis respiciat principaliter bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis.
2 Vtrum uindicatio sit specialis uirtus? Sic.
3 Vtrum uindicatio debeat fieri per pœnas

apud

apud homines consuetas? Sic. Hoc est; per subtractionem eorum, quæ homo magis diligit.

4 Vtrum uindicta sit exercenda in eos, qui inuoluntarie peccauerunt? Non Secundum quod pœna est pœna: sed quandoque secundum quod est medicina.

QVAESTIO CIX.

De ueritate.

1 Vtrum ueritas sit uirtus? Sic. Hoc est. Veracitas.

2 Vtrum ueritas sit specialis uirtus? sic.

3 Vtrum ueritas sit pars iustitiæ? sic.

4 Vtrum uirtus ueritatis magis declinet in minus? Sic. Si affirmando procedatur. Inquantum, s. non manifestat quis totũ bonum, quod in seipso est. Per hoc. n. neque dicit falsum, neque fit alijs onerosus: sed prudenter agit. Licet, si negando procedatur, non declinet in minus. Ne, scilicet incurrat falsitatem.

QVAESTIO CX.

De oppositis, s. mendacio.

1 Vtrum mendacium semper opponatur ueritati? Sic.

2 Vtrum mendacium sufficienter diuidatur per mendacium officiosum, iocosum, & perniciosum? Non. Nisi secundum

dum quod mendacium habet rationem culpæ ex parte finis intenti. Aliàs, secũdum mendacii rationem, diuiditur in iactantiam, quæ dicit maius, & ironiam, quæ dicit minus, declinando ad falsitatem. Item mendacium secundum ordinem ad finem, abstrahendo ab additione & diminutione culpæ, diuiditur in octo partes: s. mẽdacium in doctrina religionis; mendacium quod nulli prosit, & alicui obsit: mendacium quod ita prodest alicui, ut alteri obsit; mendacium, quod fit sola mentiendi fallendique libidine; mendacium quod fit placendi cupiditate: mendacium quod nulli obest, & alicui prodest ad conseruandam pecuniam: mendacium quod nulli obest, & alicui prodest ad uitandam mortem: mẽdacium quod nulli obest, & alicui prodest ad uitandum immunditiam corporalem.

3 Vtrum omne mẽdacium sit peccatũ? Sic.

4 Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale? Non. Nisi uel secundum se, uel secundum finem intentum, uel repugnet charitati.

QVAESTIO CXI.

De simulatione, & hypocrisi.

1 Vtrum omnis simulatio sit peccatũ? Sic.

2 Vtrum hypocrisis sit idem, quod simulatio? Sic. Qua tamen simulat quis personam alterius.

3 Vtrum hypocrisis opponatur uirtuti ueritatis? Sic.

4 Vtrum hypocrisis sit semper peccatum mortale? Non Nisi hypocritæ intentio feratur simul ad defectum sanctitatis.i. ad hoc,quod non curat habere sanctitatem,sed solum sanctus apparere (quomodo consueuit accipi in sacra scriptura): Vel ad alium finem repugnantem charitati.

QVAESTIO CXII.

De iactantia. Quæ est pars mendacij.

1 Vtrum iactantia opponatur uirtuti ueritatis? Sic. Per modum excessus.

2 Vtrum iactantia sit peccatum mortale? Non. Nisi uel sit contra charitatẽ Dei, aut proximi,uel procedat ex causa,quę sit peccatum mortale.

QVAESTIO CXIII.

De ironia. Quæ est pars mendacii.

1 Vtrum ironia,per quam aliquis de se fingit minora,sit peccatum? Sic.

2 Vtrum ironia sit minus peccatum,quam iactantia? Sic. Quandoque autem uel æquale,uel maius.

QVAESTIO CXIIII.

De amicitia, quæ affabilitas dicitur.

1 Vtrum amicitia sit specialis uirtus? Sic.
2 Vtrum huiusmodi amicitia sit pars iustitiæ? Sic.

QVAESTIO CXV.

De uitijs oppositis affabilitati. Et primo de adulatione.

1 Vtrum adulatio sit peccatum? Sic.
2 Vtrum adulatio sit peccatum mortale? Non. Nisi contrarietur charitati. Quod ibi tripliciter contingit, scilicet ratione: uel peccati mortalis laudati; uel intentionis, puta: fraudulenter nocendi; uel datę occasionis peccandi, etiam præter adulatoris intentionem. Datę; inquam, & non solùm acceptæ. Vide ergo. q. 43. ar. 3. 4.

QVAESTIO CXVI.

De litigio.

1 Vtrum litigium opponatur uirtuti amicitiæ. i. affabilitatis? Sic. Ratione personæ factum quam aliquis contristare, nõ ueretur.
2 Vtrum litigium sit grauius peccatum quam

quam adulatio? Sic. Secundum speciem suam. Secundum motiuum autē, se habent, sicut excedentia & excessa.

QVAESTIO CXVII.

De liberalitate.

1 Vtrum liberalitas sit uirtus? Sic.
2 Vtrum liberalitas sit circa pecunias? Sic.
3 Vtrum uti pecunia sit actus liberalitatis? Sic.
4 Vtrum ad liberalem maximè pertineat, dare? Sic.
5 Vtrum liberalitas sit pars iustitiæ? Sic. Non tamen species.
6 Vtrum liberalitas sit maxima uirtutum? Non. Vtilis tamen est ad multa.

QVAESTIO CXVIII.

De uitijs oppositis liberalitati. Et primo de auaritia.

1 Vtrum auaritia sit peccatum? Sic.
2 Vtrum auaritia sit speciale peccatum? Sic. Secūdū, quòd est inordinatus amor habendi pecunias, uel possessiones aut diuitias.
3 Vtrum auaritia opponatur liberalitati? Sic. Vt auaritia dicit solùm immoderantiam interiorum affectionum circa diuitias.
4 Vtrum auaritia sit semper peccatū mor-

tale? Non. Nisi uel secundum quòd opponitur iustitiæ; uel aliàs præferatur charitati.

4 Vtrum auaritia sit maximum peccatorum? Non. Nisi secundum quid, scilicet secundum quòd appetitus hominis subijcitur bono infimo. i. rebus exterioribus.

6 Vtrum auaritia sit peccatum spirituale? Sic.

7 Vtrum auaritia sit uitium capitale? Sic. Strictè sumpta. i. consistens in appetitu pecuniæ.

8 Vtrum auaritiæ filiæ sint proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uiolētiæ, & contra misericordiam obduratio? Sic.

QVAESTIO CXIX.
De prodigalitate.

1 Vtrum prodigalitas opponatur auaritię? Sic.

2 Vtrum prodigalitas sit peccatum? Sic.

3 Vtrum prodigalitas sit grauius peccatū quam auaritia? Non. Sed è contrà.

QVAESTIO CXX.
De epicheia.

1 Vtrum epicheia sit uirtus? Sic.

2 Vtrum epicheia sit pars iustitiæ? Sic. subiectiua.

QVAE-

QVAESTIO CXXI.

De dono correspondente iustitiæ, scilicet de pietate.

1 Vtrum pietas sit donum Spiritusancti? Sic. Per quã exhibemus cultũ & officiũ Deo, ut patri: & his quæ ad Deum pertinent; ut honorare sanctos; non contradicere scripturæ sacræ, siuè intellectæ, siuè non intellectæ.

2 Vtrum pietatis dono respondeat secunda beatitudo, scilicet Beati mites? Sic. Secundum rationem ordinis, Isa. 11. retrocedendo: licet secundum propriam rationem doni & beatitudinis dono eidem respondeat magis quarta & quinta beatitudo quàm secunda.

QVAESTIO CXXII.

De præceptis iustitiæ.

1 Vtrum præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ? Sic. Et oportet ut sint talia. i. pertinentia ad iustitiam.

2 Vtrum primum præceptum decalogi conuenienter tradatur? Sic.

3 Vtrum secundum præceptum decalogi conuenienter tradatur? Sic.

4 Vtrum tertium decalogi præceptum conuenienter tradatur? Sic.

5 Vtrum conuenienter tradatur quartum præce-

præceptum de honoratione parentum? Sic.
6 Vtrum alia sex præcepta decalogi conuenienter tradantur? Sic.

QVAESTIO CXXIII.

De alia uirtute cardinali, scilicet fortitudine.

1 Vtrum fortitudo sit uirtus? Sic.
2 Vtrũ fortitudo sit uirtus specialis? Sic. Inquãtum, scilicet fortitudo importat animi firmitatem in periculis mortis, & in morte ipsa.
3 Vtrum fortitudo sit circa timores, & audacias? Sic. Illos cohibendo; istas moderando.
4 Vtrum fortitudo sit propriè, seu principaliter circa pericula mortis? Sic.
5 Vtrum fortitudo propriè consistat circa pericula mortis, quæ sunt in bello? Sic. maximè in bello siue generali, siue particulari: quod sit propter defendendum honorem Dei; puta fidem catholicam, uirtutes castitatis, iustitię &c.
6 Vtrum sustinere sit principalis actus fortitudinis? Sic. Ideſt, sistere immobiliter in periculis.
7 Vtrum fortis operetur propter bonum proprij habitus? Sic. Vt, propter finem proximum.
8 Vtrum fortis delectetur in actu suo? Sic. Non obstantibus dolorosis in contrariũ.

9 Vtrum

9 Vtrum fortitudo maximè consistat in repentinis? Sic. Quantum ad manifestationem habitus sui. i. quòd sit benè radicatus in anima.

10 Vtrum fortis utatur ira in suo actu? Sic. Moderata.

11 Vtrũ fortitudo sit uirtus cardinalis? Sic.

12 Vtrum fortitudo præcellat inter omnes alias uirtutes? Sic. Nisi sint theologicæ, uel cardinaliũ, prudentia, & iustitia.

QVAESTIO CXXIIII.

De præcipuo actu fortitudinis. i. de martyrio.

1 Vtrum martyrium sit actus uirtutis? Sic.

2 Vtrum martyrium sit actus fortitudinis? Sic.

3 Vtrum martyrium sit actus maximę perfectionis? Sic. Secundum genus suum.

4 Vtrum mors sit de ratione martyrij? Sic. Secũdum perfectam rationem sumpti.

5 Vtrum sola fides sit causa martyrij? Nõ. Sed etiam omnium uirtutum opera: cũ talia, secundum quòd referuntur in Deum, sint quædã protestationes fidei.

QVAESTIO CXXV.

De uitijs oppositis fortitudini. Et primo de timore.

1 Vtrũ timor sit peccatũ? Sic. Inordinatus.

2 Vtrum

2 Vtrũ timor opponatur fortitudini? Sic. Per excessum.

3 Vtrum timor sit peccatũ mortale? Non. Nisi pertingens ad uoluntarium consen sum in aliquod peccatum mortale.

4 Vtrum timor excuset à peccato? Non. Licet excuset à tanto.

QVAESTIO CXXVI.

De intimiditate.

1 Vtrum intimiditas sit peccatum? Sic. Nisi causetur ex stoliditate inuincibili.

2 Vtrum esse impauidum opponatur forti tudini? Sic. Per defectum.

QVAESTIO CXXVII.

De Audacia.

1 Vtrum audacia sit peccatum? Sic. Inordinata.

2 Vtrum audacia opponatur fortitudini? Sic. Tanquam immoderatũ moderato.

QVAESTIO CXXVIII.

De partibus fortitudinis, in communi.

1 Vtrum partes fortitudinis conuenienter enumerentur? Sic. Fiducia seu (& in idẽ redit nunc) magnanimitas, magnificentia, patientia, perseuerantia.

QVAESTIO CXXIX.

De partibus fortitudinis, in speciali. Et primo de magnanimitate (hanc loco fiduciç ponimus).

1 Vtrum magnanimitas sit circa honores? Sic. Vt, scilicet studeat facere ea, quç sunt honore digna: tamen sic, ut pro magno æstimet humanos honores.

2 Vtrum magnanimitas de sui ratione habeat, qđ sit circa magnos honores? Sic. Vt, scilicet studeat facere ea, quæ sunt magno honore digna: non tamen ita, ut pro magno æstimet magnos honores humanos.

3 Vtrum magnanimitas sit uirtus? Sic.

4 Vtrum magnanimitas sit uirtus specialis? Sic. Secundum se considerata.

5 Vtrum magnanimitas sit pars fortitudinis? Sic.

6 Vtrum fiducia pertineat ad magnanimitatem? Sic. Immediatè. Licet ex consequenti, inquantum utitur audacia, pertineat ad fortitudinem.

7 Vtrum securitas ad magnanimitatem ptineat? Sic. Ex consequenti, inquantũ scilicet repellit desperationem. Licet immediatè pertineat ad fortitudinem.

8 Vtrum bona fortunæ cõferãt ad magnanimitatem? Sic.

QVAESTIO CXXX.

De præſumptione: quæ opponitur magnanimitati per exceſſum.

1 Vtrum præſumptio ſit peccatum? Sic.
2 Vtrum præſumptio magnanimitati opponatur per exceſſum? Sic. Attendendo proportionē facultatis præſumptuoſi.

QVAESTIO CXXXI.

De ambitione: quæ opponitur magnanimitati per exceſſum.

1 Vtrum ambitio ſit peccatum? Sic.
2 Vtrum ambitio magnanimitati opponatur per exceſſum? Sic. Tanquam inordinatum ordinato.

QVAESTIO CXXXII.

De inani gloria, quæ ſimiliter opponitur magnanimitati.

1 Vtrum appetitus uanæ gloriæ ſit peccatum? Sic. Aliquo trium modorum uanæ. Inquantum ſcilicet uel quærit gloriam de eo, quod non eſt gloria dignum: uel quærit eam ab homine: uel non refert gloriã ad honorem Dei, aut ſalutem proximi.
2 Vtrum inanis gloria magnanimitati

 opponatur-

opponatur? Sic. Per defectum: & per excessum. Per defectū: prout gloriatur in his, quæ magnanimus æstimat parua. Per excessum: prout gloriam, quā appetit, reputat aliquod magnum; & tendit ad eam supra suam dignitatem.

3 Vtrum inanis gloria sit peccatum mortale? Non. Nisi repugnet charitati.

4 Vtrum inanis gloria sit uitium capitale? Sic.

5 Vtrum conuenienter dicantur filiæ, inanis gloriæ esse. Inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, & nouitatum præsumptio? Sic.

QVAESTIO CXXXIII.

De pusillanimitate: quæ opponitur magnanimitati per defectum.

1 Vtrum pusillanimitas sit peccatum? Sic.

2 Vtrum pusillanimitas opponatur magnanimitati? Sic.

QVAESTIO CXXXIIII.

De magnificentia.

1 Vtrum magnificentia sit uirtus? Sic.

2 Vtrum magnificentia sit specialis uirtus? Sic. Vt importat factionē alicuius operis magni, siuè in quantitate, siuè in preciositate, siuè in dignitate.

4 Vtrum materia magnificentiæ sint sumptus

ptus magni? Sic. Et pecunia, qua utitur ad magnos sumptus faciendos; & amor pecuniæ, quem moderatur magnificus, nè per superfluum pecuniæ amorem sumptus magni impediantur.
4 Vtrum magnificentia sit pars fortitudinis? Sic. Potentialis.

QVAESTIO CXXXV.

De paruificentia. Quæ opponitur magnificentiæ.

1 Vtrum paruificentia sit uitium? Sic.
2 Vtrum paruificentiæ aliquod uitium opponatur? Sic. Dictum consumptio.

QVAESTIO CXXXVI.

De patientia.

1 Vtrum patientia sit uirtus? Sic.
2 Vtrum patientia sit potissima uirtutum? Non.
3 Vtrum patientia possit haberi sine gratia? Non. Si sit uera uirtus: cum talis procedat à charitate.
4 Vtrum patientia sit pars fortitudinis? Sic.
5 Vtrum patientia sit idem, quod longanimitas? Non. Immo longanimitas uidetur habere maiorem conuenientiam cum magnanimitate, quam cum patientia.

QVAESTIO CXXXVII.

De perseuerantia.

1 Vtrum perseuerantia sit uirtus? Sic.
2 Vtrum perseuerantia sit pars fortitudinis? Sic.
3 Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam? Sic.
4 Vtrum perseuerantia indigeat auxilio gratiæ? Sic. Et speciali.

QVAESTIO CXXXVIII.

De uitijs oppositis perseuerantiæ.

1 Vtrum mollities opponatur perseuerantiæ? Sic. Per defectum.
2 Vtrum pertinacia opponatur perseuerãtiæ? Sic. Per excessum.

QVAESTIO CXXXIX.

De dono fortitudinis.

1 Vtrum fortitudo sit donum? Sic. Secundum aliã rõnem sumpta ab illa; qua est uirtus. Nam fortitudo uirtus est talis, ut in q. 123. ar. 2. 3. fortitudo autem donum est, prout hominis animus à Spiritusancto speciali quadã motione mouetur ad hoc: quòd perueniat ad finem cuiuslibet boni operis inchoati; & euadat quacun-

quæcunque pericula imminentia.

2 Vtrum quarta beatitudo, ſcilicet Beati, qui eſuriunt & ſitiūt iuſtitiam, reſpondeat dono fortitudinis ? Sic.

QVAESTIO CXL.

De præceptis fortitudinis.

1 Vtrum conuenienter in lege diuina tradantur præcepta fortitudinis? Sic.

2 Vtrum in lege diuina conuenienter tradantur præcepta de partibus fortitudinis? Sic.

QVAESTIO CXLI.

De alia uirtute cardinali, ſcilicet temperantia.

1 Vtrum temperantia ſit uirtus ? Sic.

2 Vtrum temperantia ſit ſpecialis uirtus ? Sic. Anthonomaſicè per excellentiam ſumpta.

3 Vtrum temperantia ſit ſolum circa concupiſcentias, & delectationes? Sic. Præcipuè.

4 Vtrum temperantia ſit ſolum circa concupiſcentias, & delectationes tactus ? Sic. Principaliter.

5 Vtrum circa proprias delectationes guſtus ſit temperantia ? Sic. Secundario.

6 Vtrum temperantiæ regula ſit ſumenda ſecundum neceſſitatem præſentis uitæ ? Sic.

7 Vtrum temperantia sit uirtus cardinalis? Sic.
8 Vtrum temperantia sit maxima uirtutum? Non.

QVAESTIO CXLII.

De vitiis oppositis temperantiæ.

1 Vtrum insensibilitas sit uitium? Sic.
2 Vtrum intemperantia sit puerile peccatum? Sic. Non quod superflua concupiscentia propriè conueniat pueris: sed secundum similitudinem qua assimilatur puero in tribus. s. in appetendo non secundum ordinem rationis: & in crescendo in proprio appetitu, si sibi dimittantur: & in dando utrique peccanti remedium. s. per coërctionem.
3 Vtrum timiditas sit maius uitium, quam intemperantia? Non. Sed è contra.
4 Vtrum peccatum intemperantiæ sit maximè ex probabile? Sic.

QVAESTIO CXLIII.

De partibus temperantiæ, in communi.

1 Vtrum conuenienter assignentur partes temperantiæ? Sic. Integrales (uerecundia, honestas,): Subiectiuę (abstinentia, sobritas, castitas, pudicitia): Potentiales (continentia, clementia, mansuetudo,

do, modeſtia, in communi, ſtudioſitas, modeſtia circa exteriores motus corporis, modeſtia circa exteriorem apparatum).

QVAESTIO CXLIIII.

De partibus temperantiæ in ſpeciali. Et primò de uerecundia. Quæ eſt pars integralis temperantiæ.

1 Vtrum uerecundia ſit uirtus? Sic. Communiter loquendo; non propriè.
2 Vtrum uerecundia ſit de turpi actu? Sic. Secundum quod apprehenditur, ut turpe.
3 Vtrum homo plus uerecundetur à perſonis ſibi magis coniunctis? Sic.
4 Vtrum etiam in uirtuoſis hominibus poſſit eſſe uerecundia? Non. Niſi in hoc ſenſu. ſ. quod ſunt taliter diſpoſiti; ut ſi in eis eſſet aliquid turpe, de hoc uerecundarentur. (excipitur ſemper uerecundia, quę eſt purè naturalis).

QVAESTIO CXLV.

De honeſtate. Quæ eſt pars integralis temperantiæ.

1 Vtrum honeſtum ſit idem uirtuti? Sic. Sicut tamen quædam eius conditio, ar. 4. ſequen. in corp fin.
2 Vtrum honeſtum ſit idem, quod ſpiri-

tuale decorum? Sic.
3 Vtrum honestum differat ab utili & delectabili? Sic. Ratione: non subiecto.
4 Vtrum honestas debeat poni pars temperantiæ? Sic. Integralis.

QVAESTIO CXLVI.

De Abstinentia. Quæ est pars subiectiua temperantiæ.

1 Vtrum abstinentia sit uirtus? Sic. Secundum quod est per rationem regulata.
2 Vtrũ abstinentia sit specialis uirtus? Sic.

QVAESTIO CXLVII.

De Ieiunio Quod est actus abstinentiæ.

1 Vtrum ieiunium sit actus uirtutis? Sic.
2 Vtrum ieiuniũ sit actus abstinentiæ? Sic
3 Vtrum ieiunium sit in præcepto? Sic. Iuris naturæ; quò ad modum autem, iuris positiui.
4 Vtrum omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneãtur? Sic. Nisi aliquod speciale impedimentum in eis fuerit.
5 Vtrum conuenienter determinentur tẽpora ieiunii Ecclesiæ? Sic.
6 Vtrum requiratur ad ieiunium, quod homo tantùm semel comedat? Sic.
7 Vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendũ his, qui ieiunãt? Sic.
8 Vtrum conuenienter ieiunantibus indicatur

catur abstinentia à carnibus, ouis, & lacticiniis? Sic.

QVAESTIO CXLVIII.

De Gula. Quæ opponitur ieiunio.

1 Vtrum gula sit peccatum? Sic.
2 Vtrum gula sit peccatum mortale? Sic. Nisi sistat tantum intra limites eorum, quæ sunt ad finem.
3 Vtrum gula sit maximum peccatorum? Non. Sed ex parte effectus habet quandam magnitudinem.
4 Vtrum conuenienter species gulæ distinguantur secundum has quinque conditiones; Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiosè? Sic.
5 Vtrum gula sit uitium capitale? Sic.
6 Vtrum conuenienter assignentur gulæ quinque filiæ, scilicet inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam? Sic.

QVAESTIO CXLIX.

De Sobrietate. Quæ est specialiter circa potum.

1 Vtrum materia sobrietatis sit potus? Sic. Propriè.
2 Vtrum sobrietas sit specialis uirtus? Sic.
3 Vtrum usus uini sit illicitus? Non. Nisi per accidens fiat illicitus.

4 Vtrum ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis? Sic. Alia tamen ratione quam in iuuenibus & mulieribus. Ratione, ſcilicet operationis propriæ perſonarum requiritur magis in illis: ratione pronitatis ad concupiſcentias requiritur magis in iſtis.

QVAESTIO CL.

De ebrietate. Quæ opponitur ſobrietati.

1 Vtrum ebrietas ſit peccatum? Sic. Prout Ex inordinata concupiſcentia inordinati uſus uini procedit.
2 Vtrum ebrietas ſit peccatum mortale? Sic. Per ſe loquendo.
3 Vtrum ebrietas ſit grauiſſimum peccatorum? Non.
4 Vtrum ebrietas excuſet à peccato? Sic. Non tamen totaliter.

QVAESTIO CLI.

De caſtitate. Quæ eſt pars ſubiectiua temperantiæ.

1 Vtrum caſtitas ſit uirtus? Sic.
2 Vtrum caſtitas ſit uirtus ſpecialis? Sic. Niſi metaphoricè ſumpta. i. ut eſt coniunctio mentis ad aliquas res, ſecundum debitum ordinē rationis. 2. Cor. 11. Virginem caſtam exhibere Chriſto.

3 Vtruur

3 Vtrum castitas sit uirtus distincta ab abstinentia? Sic.

4 Vtrum pudicitia pertineat specialiter ad castitatem? Sic. Non tamen quasi uirtus distincta ab ipsa: sed sicut exprimens castitatis circunstantiam quandam.

QVAESTIO CLII.

De uirginitate. Quę est pars castitatis.

1 Vtrum uirginitas consistat in integritate carnis? Sic. Non tamen formaliter: sed materialiter. Nam formaliter consistit in mentis proposito abstinēdi perpetuò à delectatione uenerea.

2 Vtrum uirginitas sit licita? Sic. Et laudabilis.

3 Vtrum uirginitas sit specialis uirtus? Sic.

4 Vtrum uirginitas sit excellentior mātrimonio? Sic.

5 Vtrum uirginitas sit maxima uirtutum? Sic. In genere castitatis.

QVAESTIO CLIII.

De luxuria. Quæ opponitur castitati.

1 Vtrum materia luxurię sint solum concupiscentiæ, & delectationes venereæ? Sic.

2 Vtrum aliquis actus uenereus possit esse sine peccato? Sic. Si fiat debito modo, & ordine secundum rectam rationē conuenientibus generationi humanę.

3 Vtrum

3 Vtrum luxuria, quæ est circa actus venereos, sit mortale peccatum? Sic.

4 Vtrum luxuria sit uitium capitale? Sic.

5 Vtrum conuenienter dicantur esse filiæ luxuriæ, Cęcitas mentis, incõsideratio, præcipitatio, incõstantia, amor sui, odiũ Dei, affectus pręsentis sæculi, & horror futuri? Sic.

QVAESTIO CLIIII.

De partibus luxuriæ.

1 Vtrum conuenienter assignentur sex species luxurię, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incæstus, stuprum, raptus, & uitium contra naturam? Sic.

2 Vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale? Sic. Indubitanter. Quamuis apud gentiles olim non haberetur pro mortali.

3 Vtrum fornicatio sit grauissimum peccatorum? Non. Sed tamen est grauius quam furtum, & similiter.

4 Vtrum in tactibus & osculis, cõsistat peccatum mortale? Sic. Secundum causam suam. i. secundum quód libidinosa sunt.

5 Vtrum pollutio nocturna sit peccatum? Sic. Secundum causam suam: & quandoque.

6 Vtrum stuprum debeat poni una species luxuriæ? Sic.

7 Vtrum raptus sit species luxuriæ distincta á stupro? Sic.

8 Vtrum

8 Vtrum adulterium sit determinata species luxuriæ ab alijs distincta? Sic.

9 Vtrum incæstus sit determinata species luxuriæ? Sic.

10 Vtrum sacrilegium possit esse species luxuriæ? Sic. Secundum quòd luxuria uiolat aliquid ad diuinum cultũ pertinens.

11 Vtrum uitium cõtra naturam sit species luxuriæ? Sic.

12 Vtrum uitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriæ? Sic. Et turpissimum aggrauatur etiam maximè secundum rationem sacrilegij.

QVAESTIO CLV.

De partibus potentialibus temperantiæ. Et primo de continentia.

1 Vtrum continentia sit uirtus? Sic. Continentia perfecta.i. per quam aliquis ab omni delectatione uenerea abstinet. Principalis quidem uirginitas; secundaria autem uiduitas est.

2 Vtrum materia continentiæ sint concupiscentiæ delectationum tactus? Sic.

3 Vtrum subiectum continentiæ sit uis concupiscibilis? Non. Sed uoluntas.

4 Vtrum continentia sit melior, quam temperantia? Non. Nisi sit continentia perfecta.

QVAESTIO CLVI.

De eius opposito, scilicet incontinentia.

1 Vtrum incontinentia pertineat ad animam? Sic. Principaliter. Sed secundario ad corpus.
2 Vtrum incontinentia sit peccatum? Sic. Propriè sumpta.
3 Vtrum incontinens plus peccet, quam intemperatus? Non. Sed è contrà.
4 Vtrum incontinens iræ sit peior, quam incontinens concupiscentiæ? Non. Ex parte passionis.

QVAESTIO CLVII.

De clementia & mansuetudine. Quæ sunt partes temperantiæ.

1 Vtrum clementia, & mansuetudo, sint penitus idem? Non. Sed clementia propriè est moderatiua exterioris punitionis: & mansuetudo diminuit passionem iræ.
2 Vtrum tam clementia, quam mansuetudo sit uirtus? Sic.
3 Vtrum clementia & mansuetudo sint partes temperantiæ? Sic.
4 Vtrum clementia & mansuetudo sint potissimæ uirtutes? Non. Habent tamē excellentiam quandam secundum quid.

QVAESTIO CLVIII.

De iracundia. Quæ opponitur mansuetudini.

1 Vtrum irasci sit licitum? Sic. Aliquando. Cōtra defectus, scilicet uoluntarios.
2 Vtrum ira sit peccatum? Sic. Quandoque. Non tamen ira per zelum, scilicet honoris Dei.
3 Vtrum omnis ira sit peccatum mortale? Non.
4 Vtrum ira sit grauissimum peccatum? Non. Nisi quòd habet quandam excellentiam malam.
5 Vtrum iracundorum quidam sint acuti, quidam amari, quidam difficiles? Sic. Secundum quòd istæ species pertinent ad peccatum iræ. Acuti; qui nimis citò, & ex qualibet leui causa irascuntur: Amari autem, qui iniuriam illatam nimis tenent in memoria, ex quo concipiunt diuturnam tristitiam: Difficiles uerò, qui nolunt dimittere iram quousque puniant.
6 Vtrum ira debeat poni inter uitia capitalia? Sic.
7 Vtrum cōuenienter assignentur sex filiæ iræ, scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia? Sic.
8 Vtrum sit aliquod uitium oppositum iræ, prouenieus ex defectu iræ? Sic. In quan-

quantum scilicet aliquis non punit, quando ex iudicio rationis punire deberet. Et hoc est peccatum.

QVAESTIO CLIX.

De Crudelitate. Quæ opponitur clementiæ.

1 Vtrum crudelitas opponatur clementiæ? Sic.
2 Vtrum crudelitas a sæuitia, seu a feritate differat? Sic. Sicut malitia humana à bestialitate.

QVAESTIO CLX.

De Modestia. In communi.

1 Vtrum modestia sit pars temperantiæ? Sic.
2 Vtrum modestia sit solum circa exteriores actiones? Non. Sed & circa interiores animi motus.

QVAESTIO CLXI.

De speciebus modestiæ. Et primo de humilitate.

1 Vtrum humilitas sit uirtus? Sic.
2 Vtrum humilitas consistat in appetitu? Sic. Essentialiter. Attamen regulata à cognitione proprij defectus.

3 Vtrum.

3 Vtrum homo debeat se omnibus per humilitatem subijcere? Sic. Secundum id, quod habet de suo.

4 Vtrum humilitas sit pars modestiæ? Sic. Ideò & temperantiæ.

5 Vtrum humilitas sit potissima uirtutũ? Sic. Nisi sint theologicæ, uel intellectuales, uel iustitia, præsertim legalis.

6 Vtrum conuenienter distinguantur secũdum B. Benedictum duodecim gradus humilitatis? Sic. Quorum primus est, corde & opere semper humilitatem ostendere defixis in terrã aspectibus; Secundus est; ut pauca uerba, & rationabilia quis loquatur, non clamosa uoce. Tertius est; ut facilis, aut promptus, nõ sit in risum. Quartus est taciturnitas usque ad interrogationem. Quintus est, non recedere in suis operibus à uia, quã habet communis regula monasterij. Sextus est; credere, & pronunciare, se omnibus uiliorem. Septimus est, confiteri & credere, ad omnia se esse indignum, & inutilem. Octauus est, confessio peccatorum. Nonus, per obedientiã in duris & asperis, patientiam amplecti. Decimus est, ut cũ obidientia se subdat maiori. Vndecimus est, ut uoluntatem propriam nõ delectetur implere. Duodecimus est: ut Deum timeat, & memor sit omnium, quæ præcipit.

QVAESTIO CLXII.

De opposito, scilicet superbia. In communi.

1 Vtrum superbia sit peccatum? Sic.

2 Vtrum superbia sit speciale peccatum? Sic. Secundum propriam speciem sumpta.

3 Vtrum superbia sit in irascibili sicut in subiecto? Sic. Irascibili tamen largius sumpto. s. non tantum ut irascibilis est pars appetitus sensitiui, sed etiam prout inuenitur in appetitu intellectiuo.

4 Vtrum conuenienter a B. Greg. assignent quatuor superbiæ species, s. æstimare bonum à seipso habere; estimare bonum sibi diuinitus quidem datum, sed se accepisse ipsum pro suis meritis; iactare se habere, quod non habet; & despectis cæteris uelle singulariter uideri, quod habet? Sic. Licet gradus superbiæ, q. per ordinē gradibus humilitatis q. 161. arti. 6. opponuntur, sint duodecim, scilicet curiositas; leuitas mentis; inepta lætitia; iactantia; singularitas; arrogantia; præsumptio; defensio peccatorum; simulata confessio; rebellio; libertas uiuendi; consuetudo peccandi.

5 Vtrum superbia sit peccatum mortale? Sic. Secundum genus suum.

6 Vtrum superbia sit grauissimum peccatorum? Sic. Ex parte auersionis.

7 Vtrum

7 Vtrum ſuperbia ſit primũ omnium peccatorum? Sic. Ex parte auerſionis.

8 Vtrum ſuperbia debeat poni uitium capitale? Sic. Secundum quòd eſt ſpeciale peccatum.

QVAESTIO CLXIII.

De ſuperbia. In ſpeciali, ſcilicet primi hominis.

1 Vtrum primi hominis primum peccatũ fuerit ſuperbia? Sic.

2 Vtrum ſuperbia primi hominis fuerit in hoc, quòd appetierit diuinam ſimilitudinem? Sic. Principaliter, quantum ad ſcientiam boni & mali; ſecundario, quãtum ad poteſtatem operandi.

3 Vtrum peccatum ſuperbiæ primorum parentum fuerit cæteris omnibus aliorum hominum grauius? Non. Niſi ſecundum quid. i. ſecundum conditionem perſonarum peccantium.

4 Vtrum ſuperbiæ peccatum fuerit grauius in Adam, quam in Eua? Non Sed è contra. Niſi ſecundum quid. i. ſecundum conditionem perſonæ uiri.

QVAESTIO CLXIIII.

De pœna ſuperbiæ primorum parentum.

1 Vtrum mors ſit pœna peccati primorum parentum? Sic. Et omnes corporales defectus;

defectus; & rebellio carnis ad spiritum.

2 Vtrum conuenienter particulares pœnæ primorum parētum assignentur in scriptura Genes. 3 Sic.

QVAESTIO CLXV.

De tentatione primorum parentum. Qua, scilicet ad superbiam incitati sunt.

1 Vtrum fuerit conueniens, quòd homo à diabolo tentaretur? Sic.

2 Vtrum conueniens fuerit modus & ordo primæ tentationis? Sic.

QVAESTIO CLXVI.

De studiositate. Quæ est pars temperantiæ.

1 Vtrum materia studiositatis sit propriè cognitio? Sic.

2 Vtrum studiositas sit pars temperantiæ? Sic. Pars, scilicet potentialis. Nam temperat, seu moderatur hominis desiderium: ne studendo velit transcendere limites Sanctorum Patrum (ut faciunt hæretici).i. non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Rom. 12.

QVAESTIO CLXVII.

De oppoſito, ſcilicet curioſitate.

1 Vtrum uitium curioſitatis poſſit eſſe circa cognitionē intellectiuam? Sic. Sex modis, ſcilicet vel ſtudendo ad ſciendum ueritatē, ut exinde ſuperbiant: Vel ſtudendo addiſcere aliquid ad peccandū aliter: Vel quando per ſtudium minus utile retrahitur quis à ſtudio, quod ei de neceſſitate incumbit: Vel ſtudendo diſcere aliquid ab eo, à quo non licet, puta à diabolo: Vel appetendo per ſtudium cognoſcere ueritatem circa creaturas, non referendo hoc ad debitum finem. i. ad cognitionem Dei: Vel (quod omnium peſſimum eſt: & hereticis familiare) ſtudendo ad cognoſcendum in ſacra ſcriptura præſertim, aut alibi, aliquid ueritatis ſupra proprij ingenij facultatem; de ſe tamen præſumendo quicquid ſibi uerum uidebitur. Per hunc ſiquidem ultimum modum hominibus paratur uia ad facillimè labendum in errores: iuxta illud Eccl. 3. Altiora te, nè quæſieris; & in pluribus operibus Dei nè fueris curioſus. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio eorū; & in uanitate detinuit ſenſus illorum.

2 Vtrum curioſitatis uitium poſſit eſſe circa ſenſitiuam cognitionem? Sic. Tripliciter. Inquantum ſcilicet cognitio ſenſitiua aliquando uel non ordinatur ad

aliquid

aliquid utile; Vel auertit mentem ab aliqua utili cogitatione: Vel ordinatur ad aliquid noxium.

QVAESTIO CLXVIII.

De modestia: quæ consistit in exterioribus motibus corporis.

1 Vtrum in exterioribus motibus corporis sit aliqua uirtus? Sic. Quando, scilicet ratio ordinat hos motus & secundum conuenientiam personæ, & secundum conuenientiam ad exteriores personas, negotia, seu loca.

2 Vtrum in ludis possit esse aliqua uirtus? Sic. Vocatur Eutrapelia.

3 Vtrum in superfluitate ludi possit esse peccatum? Sic. Quandoq; etiã mortale vtendo, scilicet causa ludi, turpibus uerbis aut factis; uel his, quæ sunt in nocumentum proximi; uel alijs, quæ secundũ se sunt peccata mortalia; uel quando delectationẽ ludi præponit quis charitati, (puta omittẽdo Missam in festo, aut alia necessaria, propter ludum).

4 Vtrum in defectu ludi possit esse aliquod peccatum? Sic. Minus tamen; quam in superfluitate.

QVAE-

QVAESTIO CLXIX.

De modestia: secundum quòd consistit in exteriori apparatu.

1 Vtrum circa exteriorem ornatum possit esse uirtus & uitium? Non. Nisi ex parte hominis illo utentis; uel moderatè, uel immoderatè.

2 Vtrum ornatus mulierum sit sine peccato? Non. Nisi sobrius; & coniugatarum respectu uirorum suorum tantum. (Quod & de maribus intellige.)

QVAESTIO CLXX.

De præceptis temperantiæ.

1 Vtrum præcepta temperantiæ conuenienter in lege diuina tradantur? Sic.

2 Vtrum conuenienter in lege diuina tradātur præcepta de uirtutibus annexis temperantiæ? Sic.

QVAESTIO CLXXI.

De gratiis gratis datis. Et primo de Prophetia.

1 Vtrum ad prophetiam pertineat cognitio? Sic. Primò. Et locutio, secundariò; & miraculorum operatio, tertiò.

2 Vtrum prophetia sit habitus? Non.

3 Vtrum prophetia ſit ſolum futurorum contingentium? Non. Niſi proprijſſime.

4 Vtrum propheta quilibet per diuinam reuelationem cognoſcat omnia, quæ poſſunt prophetice cognoſci? Non.

5 Vtrum propheta diſcernat ſemper, quid dicat per ſpiritum proprium; & quid per ſpiritum prophetiæ? Non. Niſi ly ſemper, ſtet pro his, quæ propheta expreſſè per ſpiritum prophetiæ cognoſcit.

6 Vtrum ea, quæ prophetice cognoſcuntur, uel annunciantur, poſſint eſſe falſa? Nō.

QVAESTIO CLXXII.

De cauſa prophetię.

1 Vtrum prophetia poſſit eſſe naturalis? Non.

2 Vtrum prophetica reuelatio fiat per Angelos? Sic.

3 Vtrum ad prophetiam prærequiratur diſpoſitio naturalis? Non.

4 Vtrum bonitas morum requiratur ad prophetiam? Non. Niſi bonitas morum quò ad interiores animæ paſſiones & actiones exteriores, conſiderata.

5 Vtrū aliqua prophetia ſit à dæmonibus? Non. Niſi prophetia ſecundum quid.

6 Vtrum prophetæ dæmonum aliquando prædicant uerum? Sic. Vt ad falſitatem deducant.

QVAESTIO CLXXIII.

De modo cognitionis propheticæ.

1 Vtrum prophetę uideant Dei essentiam? Non.
2 Vtrũ in prophetica reuelatione imprimãtur diuinitus menti prophetæ rerum species nouę? Sic. Quandoque autẽ solum lumen nouum.i.sola noui luminis influentia.
3 Vtrum uisio prophetica semper fiat cum abstractione à sensibus? Non. Nisi quando reuelatio prophetica fit secundum formas imaginarias.
4 Vtrum prophetę semper cognoscant ea, quæ prophetant? Sic. Si sint tunc prophetę ueri.i. propriè dicti. Non tamen hi cognoscunt omnia quæ in eorum uisionibus, dictis, aut factis, Spiritussanctus intendit.

QVAESTIO CLXXIIII.

De diuisione prophetiæ.

1 Vtrum prophetia cõuenienter diuidatur in prophetiam prædestinationis Dei, præscientiæ, & comminationis? Sic.
2 Vtrum excellentior sit prophetia, quæ habet uisionem intellectualem, & imaginariam, quam ea, quæ habet uisionem intellectualem tantum? Non. Sed è contra.

3 Vtrum gradus prophetiæ possint distingui secundum uisionem imaginariam? Sic.

4 Vtrum Moyses fuerit excellentior omnibus prophetis? Sic. Nisi quantum ad aliquid.

5 Vtrum aliquis gradus prophetiæ possit esse etiam in beatis? Non.

6 Vtrum gradus prophetiæ uarientur secundum temporis processum? Sic. Nisi prophetiæ, quantum ad directionem actuum humanorum, consideratæ.

QVAESTIO CLXXV.

De raptu.

1 Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina? Sic. Propriè.

2 Vtrum raptus magis pertineat ad uim cognoscitiuam, quam ad uim appetitiuam? Sic. Quantum ad id, in quod homo rapitur.

3 Vtrum Paulus in raptu uiderit Dei essentiam? Sic. Conuenientius dicitur.

4 Vtrum Paulus in raptu fuerit alienatus à sensibus? Sic.

5 Vtrum anima Pauli in statu illo fuerit totaliter separata à corpore? Non. Ita quòd fuerit necesse.

6 Vtrum Paulus ignorauerit, an anima eius fuerit à corpore separata? Sic. Et prius, & postea.

QVAESTIO CLXXVI.

De dono linguarum. Quod est gratia gratis data.

1 Vtrum illi, qui consequebantur donum linguarum, loquerentur omnibus linguis? Sic. Et omnium linguas intelligebant.

2 Vtrum donum linguarum sit excellentius, quam gratia prophetiæ? Non. Sed è contra.

QVAESTIO CLXXVII.

De gratia gratis data, quæ consistit in sermone.

1 Vtrum in sermone cōsistat aliqua gratia gratis data? Sic.

2 Vtrum gratia sermonis sapientiæ, & sciētiæ, pertineat etiam ad mulieres? Non. Quantùm ad publicam allocutionem ad totam Ecclesiam.

QVAESTIO CLXXVIII.

De gratia miraculorum.

1 Vtrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula facienda? Sic.

2 Vtrū mali possint uera miracula facere? Non. Nisi ad ueritatis prædicatæ confirmationem.

QVAESTIO CLXXIX.

1 Vtrum uita conuenienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam? Sic.
2 Vtrum uita sufficienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam? Sic.

QVAESTIO CLXXX.

De uita contemplatiua.

1 Vtrum uita contemplatiua totũ habeat in intellectu, & nihil in affectu? Non. Sed terminatur in affectu.
2 Vtrum uirtutes morales pertineant ad uitam contemplatiuam? Sic. Dispositiuè. Non tamen essentialiter.
3 Vtrum ad uitam contemplatiuam pertineant diuersi actus? Non. Nisi quibus, tanquam medijs, pertingit ad unũ actum intentum, ut finem.
4 Vtrum uita contemplatiua solum consistat in contemplatione Dei? Sic. Principaliter. Licet secundario in consideratione diuinorum effectuum.
5 Vtrum uita contemplatiua secundum statum huius uitæ possit pertingere ad uisionem diuinæ essentiæ? Non. Nisi anima hominis contemplantis sensibus corporis, tùm exterioribus, tùm interioribus non utatur actualiter.
6 Vtrum operatio contemplationis conuenienter distinguatur per tres motus, Circularem, rectum, & obliquum? Sic.

7 Vtrum

7 Vtrum contemplatio delectationem habeat? Sic. Supra omnem delectationem humanam.

8 Vtrum uita contemplatiua sit diuturna? Sic. Et secundum se;& quò ad nos.

QVAESTIO CLXXXI.

De uita actiua.

1 Vtrum omnes actus uirtutum moraliũ pertineant ad uitam actiuam? Sic. Essentialiter.

2 Vtrum prudentia pertineat ad uitam actiuam? Sic. Propriè sumendo prudentiam.

3 Vtrum docere sit actus uitæ actiuæ? Sic. Vt docere concernit exteriorem actionem.

4 Vtrum uita actiua maneat post hanc uitam? Non.

QVAESTIO CLXXXII.

De comparatione uitæ actiuę ad contemplatiuam.

1 Vtrum uita actiua sit potior, quam contemplatiua? Non. Sed è contrà. Simpliciter. Licet secundum quid,& in casu, sit quandoq; magis eligenda actiua.

2 Vtrum uita actiua sit maioris meriti quam contemplatiua? Non. Sed è contra. Ex suo genere. Licet aliundè

possit contingere aliter.

3 Vtrum uita contemplatiua impediatur per uitam actiuam ? Sic. Quantum ad exercitium exteriorum actionum considerataṃ. Licet per eam, prout facit moderationem passionum interiorum, iuuetur.

4 Vtrum uita actiua sit prior, quam contemplatiua ? Sic. Secundum uiam generationis. Licet sit posterior secundum naturam perfectionis.

QVAESTIO CLXXXIII.

De officijs & statibus hominum. In generali.

1 Vtrum status in sui ratione importet cõditionem libertatis, uel seruitutis ? Sic. Et in spiritualibus; Et in ciuilibus.

2 Vtrum in Ecclesia debeat esse diuersitas officiorum, & statuum ? Sic. Ad tria pertinens, scilicet, Ad perfectionem Ecclesiæ, Ad necessitatem actionum multarum in Ecclesia, Ad pulchram dignitatem Ecclesiæ.

3 Vtrum officia distinguantur per actus ? Sic.

4 Vtrum differentia statuum attendatur secundum incipientes, proficientes, & perfectos ? Sic.

QVAESTIO CLXXXIIII.

De statibus hominum in speciali, scilicet hominum perfectorum. Et primo de statu perfectionis in communi.

1 Vtrum perfectio Christianæ vitę attendatur specialiter secundum charitatē? Sic.

2 Vtrum aliquis in hac uita possit esse perfectus? Sic. Perfectione secundum quid, ex parte diligentis.

3 Vtrum perfectio consistat in præceptis, & in consilijs? Sic. Essentialiter in præceptis, instrumentaliter in consilijs.

4 Vtrum quicunque est perfectus, sit in statu perfectionis? Non. Neque ē contra. i. non quicunque est in statu perfectionis, est perfectus.

5 Vtrum religiosi, & Episcopi sint in statu perfectionis? Sic.

6 Vtrum omnes prælati Ecclesiastici sint in statu perfectionis? Non. Sed soli Episcopi.

7 Vtrum status religiosorum sit perfectior, quam status prælatorum. i. Episcoporum? Non.

8 Vtrum presbyteri, curati, & archidiaconi, sint maioris perfectionis, quam religiosi? Non. Sed ē contra. Ex genere operis.

QVAESTIO CLXXXV.

De ſtatu Epiſcoporum.

1 Vtrum liceat appetere Epiſcopatum? Non. Neque ratione honoris, neque ratione reuerentię, neque ratione ſuffi-cientię tēporalium; neque ratione hac, ſcilicet ut prodeſſe poſſit ſubditis (niſi in caſu ſpeciali).

2 Vtrum liceat Epiſcopatum iniunctū omninò recuſare? Non.

3 Vtrum oporteat eū q ad Epiſcopatū aſſumitur, eſſe cęteris meliorem? Sic. Quò ad bonitatem regiminis: & quò ad electorem Epiſcopi, non autem epiſcopi eligēdi. i. elector epiſcopi tenetur eligere meliorem ſecundum rationem regiminis: non autem requiritur, quòd ille, qui in epiſcopum eligitur, reputet ſe alijs meliorem.

4 Vtrum Epiſcopus poſſit licite, curā Epiſcopalem deſerere, ut ad religionem ſe transferat? Non. Niſi ex cauſa legitima; & ſimul ex authoritate ſuperioris. i. Papę.

5 Vtrum liceat Epiſcopo propter aliquam perſecutionē corporalem deſerere gregem ſibi commiſſum? Non. Quando ſubditorum ſalus exigit perſonæ Epiſcopi pręſentiam.

6 Vtrum liceat Epiſcopo aliquid propriū habere? Sic.

7 Vtrum Epiſcopi mortaliter peccent, ſi bo-

na Ecclesiastica, quę procurant, pauperibus non largiantur? Non. Nisi illa bona sint specialiter distincta pro pauperibus subueniendis: Vel nisi aliàs cum bonę fidei detrimento in bonorum Ecclesiasticorum dispensatione se habeant.

8 Vtrum religiosi, qui promouentur in Episcopos, teneantur ad obseruãtias regulares? Sic. Nisi ad eas, quæ officio pontificali repugnant, puta ad seruandũ silentium, ad solitudinem, & similia.

QVAESTIO CLXXXVI.

De statu religiosorum.

1 Vtrum religio importet statum perfectionis. i. utrum religiosorum status sit perfectus? Sic.

2 Vtrum quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia? Non, licet teneatur ad omnia determinatè posita in regula, quam professus est.

3 Vtrum paupertas requiratur ad perfectionẽ religionis? Sic. Tanquam fundamentum primum.

4 Vtrum perpetua continentia requiratur ad perfectionem religionis? Sic.

5 Vtrum obedientia pertineat ad perfectionẽ religionis? Sic.

6 Vtrum requiratur ad perfectionem religionis, quod paupertas, continentia, & obedientia, cadant sub uoto? Sic.

7 Vtrum conuenienter dicatur; in his tri-

bus uotis consistere religionis perfectionem? Sic.

8 Vtrum uotum obedientiæ sit potissimũ inter tria uota religionis? Sic.

9 Vtrum religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea quæ sunt in regula? Non. Nisi propter contemptũ, uel præceptum.

10 Vtrum religiosus eodem genere peccati plus peccet, quam sæcularis? Sic. Tripliciter, scilicet ratione uoti annexi ad præceptum legis diuinæ: uel ratione cõtemptus.i sit peccet ex contemptu, uel ratione scandali annexi ad peccatum religiosi. Non autem, si ex infirmitate tãtum uel ignorantia (remotis uoto, & scandalo) peccet.

QVAESTIO CLXXXVII.

De his, quæ competunt religiosis.

1 Vtrum religiosis liceat docere, prædicare, & alia huiusmodi facere? Sic. Si habeant ordinem, uel iurisdictionem, uel eis committatur.

2 Vtrum religiosis liceat sęcularia negocia tractare? Non. Causa cupiditatis Licet in proximorum necessitate possint ex charitate eorum nègocia agere, cum moderatione debita.

3 Vtrum religiosi manibus operari teneantur? Non Si aliàs habeant undè uiuãt, & ad taliter operari non sint astricti per regulam suam.

4 Vtrum religiosis liceat de eleemosynis uiuere? Sic. Nisi sint sine ulla necessita te, & utilitate; & benefactoribus totaliter ingrati per non recompensationem orationum &c.

5 Vtrum religiosis liceat mendicare? Sic. Nisi indiscrete uel ad habendū diuitias, uel ad uiuendum ociose, uel ad alium finem indecentem hoc fiat.

6 Vtrum religiosis liceat uilioribus uestibus uti, quam cæteris? Sic. Nisi hoc fiat ad inanem gloriam, uel ex auaritia.

QVAESTIO CLXXXVIII.

De differentia religionum.

1 Vtrum sit tantum una religio? Nō. Nisi inquantum omnes ad inuicem distinctę secundum diuersitatem uel finium particularium, uel exercitiorum, sunt quodammodo unum in charitate.

2 Vtrum aliqua religio institui debeat ad opera uitæ actiuæ? Sic.

3 Vtrum aliqua religio ordinari possit ad militandum? Sic. Non tamen propter aliquid mundanum; Sed propter defensionem uel diuini cultus, uel publicæ salutis, uel etiam pauperum & oppressorū.

4 Vtrum aliqua religio possit institui ad prędicandum, uel confessiones audiendum? Sic. Et hoc institui est conuenientissimum.

5 Vtrum sit instituenda aliqua religio ad studen-

ſtudendum? Sic. Propter ſtudij literarum maximum iuuamen ad aſſequendum perfectionem ſalutis, tùm ipſius ſtudentis, tùm proximorum ab ipſo inſtruendorum.

6 Vtrum religio, quæ uacat uitæ contemplatiuæ, ſit potior ea, quæ uacat operibus uitæ actiuę? Sic. Sumendo tamen & actiuæ opera prout conſiſtunt totaliter in occupatione exteriori; & uitam contemplatiuam extendendo ad doctrinam atque prædicationem.

7 Vtrum habere aliquid in communi, diminuat perfectionem religionis? Non. Niſi ſint ſuperabundantes diuitiæ.

8 Vtrum perfectior ſit religio in ſocietate uiuentium, quam ſolitariam uitam agentium? Non. Sed è contra, loquendo tamen de uita ſolitaria debitè aſſumpta.

QVAESTIO CLXXXIX.

De ingreſſu religionis.

1 Vtrum illi, qui nō ſunt in præceptis exercitati, poſſint ingredi religionem? Sic.

2 Vtrum debeant aliqui uoto obligari ad religionis ingreſſum? Sic. Ideſt; hoc eſt ſecundum ſe laudabile.

3 Vtrum ille, qui obligatus eſt uoto ad religionis ingreſſum, teneatur intrare religionem? Sic. Secundùm tamen quòd ſe obligare intendebat, dùm uouit.

4 Vtrum ille, qui uouit religionem ingredi,

teneatur

teneatur perpetuò in religione permanere? Non. Nisi ipse, dùm uouit, interdisset hoc.

5 Vtrum pueri sint recipiendi in religione? Sic. Seruatis seruandis & circa pueros & circa religionem illam.

6 Vtrum propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis? Non. Nisi parentibus subueniri commodè non possit aliter, quam per obsequium filiorum.

7 Vtrum presbyteri curati possint licite, religionem ingredi? Sic. Et Archidiaconi.

8 Vtrum liceat, de una religione transire ad aliam? Non. Nisi ad arctiorem; & propter magnam utilitatem, uel necessitatem.

9 Vtrum alicui liceat, inducere alios ad intrandum religionem? Sic. Nisi illa religio sit de facto relaxata (id est, ab obseruantia reali regulæ & institutorum suorum primorum patrum declinata in uitam communem, i. de facto inobseruãtialem): Et nisi uiolentia, uel simonia, uel mendacium in tali inductione interueniat.

10 Vtrum sit laudabile, quod aliquis religionem non ingrediatur absque multorũ cõsilio, & diuturna deliberatione præcedenti? Non. Nisi in casu uel specialis impedimẽti, uel qualitatis religionis ingrediendę; & tunc consulendo tantum non impedituros, & breuiter se expediendo.

Secunda Secundæ Finis.

TERTIA PARS DE SALVATORE NOSTRO,

D. THOMAE ECCLESIÆ SANCTÆ DOCTORIS.

QVAESTIO PRIMA.

De conuenientia incarnationis Christi.

1 VTRVM conueniēs fuerit Deum incarnari? R. Sic. Ex propriis naturę diuinę.

2 Vtrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani, Verbum Dei incarnari? Sic. Necessitate non absoluta, sed melioris conuenientiæ.

3 Vtrum, si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset? Non. Probabilius loquendo.

4 Vtrum incarnatio Dei principalius facta fuerit ad tollendum peccatum originale

nale quam actuale? Sic. Inquantum bonum commune præeminet particular.
5 Vtrum conueniens fuisset, Deum incarnari ab initio mundi? Non. Neque ante peccatum, neque post peccatum statim, idest tempore legis uel naturæ, uel scriptæ.
6 Vtrum incarnatio differri debuerit usque ad finem mundi? Non. Licet vsque ad principium senectutis mundi.

QVAESTIO II.

De modo unionis Verbi incarnati. Ex parte ipsius unionis.

1 Vtrum unio Verbi incarnati sit facta in natura? Non. Et impossibile fuit.
2 Vtrum unio Verbi incarnati sit facta in persona? Sic. In persona Verbi.
3 Vtrum unio Verbi incarnati facta sit in supposito, vel hypostasi? Sic. De fide.
4 Vtrum persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita? Sic. Secundum rationem personæ: licet non secundum quod in se est.
5 Vtrum sit facta aliqua unio animæ, & corporis, in Christo? Sic. De fide.
6 Vtrum natura humana fuerit unita accidentaliter Verbo Dei? Non. Sed substãtialiter, secundum personam. De fide.
7 Vtrum unio naturæ diuinæ, & humanæ, sit aliquid creatum? Sic. Vt unio est relatio.
8 Vtrum unio Verbi incarnati sit idem, quod

quod assumptio? Non.

9 Vtrum unio duarũ naturarum in Christo sit maxima unionum? Sic. Ex parte eius, in quo naturæ illæ coniunguntur: Et respectu unionum creatarum.

10 Vtrum vnio duarum naturarũ in Christo sit facta per gratiam? Sic. Non tamẽ habitualem.

11 Vtrum unionem Verbi incarnati aliqua merita præcesserint? Non. Nisi sanctorũ patrum; ex congruo tantum.

12 Vtrũm gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis? Sic. Non tamen in eo causata ex principiis naturæ humanæ.

QVAESTIO III.

De modo vnionis Verbi incarnati. Ex parte personæ assumentis.

1 Vtrum personæ diuinæ cõueniat assumere naturam creatã? Sic. Et proprijssimè.

2 Vtrum naturæ diuinæ conueniat assumere? Sic. Secundariò tamen, & minus propriè.

3 Vtrum, abstracta personalitate per intellectum, natura possit assumere? Sic. Per intellectum, s. vt se habentem ad diuina per modum sibijpsi proprium.

4 Vtrum una persona possit sine alia naturam creatam assumere? Sic. Ratione termini: licet non ratione actionis.

5 Vtrum quælibet persona diuina potuerit

tit naturam humanam assumere? Sic.

6 Vtrum plures personæ diuinæ possint assumere unam numero naturam humanam? Sic.

7 Vtrum vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas? Sic.

8 Vtrum fuerit magis conueniens, quod persona filii assumeret naturam humanam, quàm alia persona? Sic.

QVAESTIO IIII.

De modo unionis Verbi incarnati. Ex parte naturæ assumptæ.

1 Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quam aliqua alia natura? Sic. Immo ipsa sola est, ex conditione naturarum, assumptibilis.

2 Vtrum filius Dei assumpserit personam? Non.

3 Vtrum filius Dei assumpserit hominem? Non. Propriè loquendo.

4 Vtrum filius Dei debuerit assumere naturam humanam abstractam ab omnibus indiuiduis? Non. Neque vt abstractam in se; neque ut abstractam in intellectu; siue diuino, siue humano.

5 Vtrum filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus indiuiduis? Non.

6 Vtrum conueniens fuerit, quod filius Dei assumeret naturam humanam ex stirpe Adæ? Sic.

QVAESTIO V.

De modo assumptionis. Ex parte partium humanæ naturę.

1 Vtrum Dei filius debuerit assumere uerum corpus? Sic.
2 Vtrum filius Dei assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carneum, & sanguineum? Sic.
3 Vtrū Dei filius assumpserit animam? Sic.
4 Vtrum filius Dei assumpserit intellectum. s. animam intellectiuam? Sic. De fide.

QVAESTIO VI.

De modo assumptionis. Ex parte ordinis.

1 Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima? Sic. Ordine dignitatis, & causalitatis; non temporis.
2 Vtrum Dei filius assumpserit animam mediāte spiritu, siue mente? Sic. Ordine congruitatis, & dignitatis, non temporis.
3 Vtrum anima à Dei filio prius fuerit assumpta, quam caro? Non. Sed simul tempore.
4 Vtrum caro fuerit prius à Verbo assumpta, quam animę unita? Non. Sed simul tempore.

5 Vtrum tota natura humana sit assumpta mediantibus partibus? Non. Sed è contra. Licet simul tempore assumpta sint hæc omnia.

6 Vtrum humana natura assumpta sit mediante gratia? Non. Licet assumpta sit per gratiam.i.per gratuitam Dei uoluntatem; tanquam non medium, sed causam efficientem.

QVAESTIO VII.

De coassumptis à filio Dei. Et primo de gratia Christi.

1 Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis? Sic.

2 Vtrum in anima Christi sint uirtutes? Sic. Et perfectissimè. Et omnes; non importantes in sua ratione defectum.

3 Vtrum in anima Christi fuerit fides? Non. Nec esse potuit.

4 Vtrum in anima Christi fuerit spes? Nõ. Vt uirtus. Licet sperauerit quædam.

5 Vtrum in anima Christi fuerint Spiritus sancti dona? Sic. Et excellentissimè.

6 Vtrum in Christo fuerit donum timoris? Sic. secundum quòd ipse timor affectu reuerẽtiæ respicit diuinã eminẽtiã.

7 Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ? Sic. Et omnes. Et excellẽtissimè.

8 Vtrum in Christo fuerit prophetia? Sic.

9 Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiæ? Sic. Et quantum ad quantitatem gratiæ

gratiæ intensiuam, & quantum ad gratiæ uirtutem.

10 Vtrũ plenitudo gratiæ sit propria Christi? Sic. Ex parte gratiæ considerata.

11 Vtrum gratia Christi sit infinita? Sic. Vnionis. Et etiam habitualis, secundũ propriam rationem gratiæ: Licet non secundum quod ens.

12 Vtrum gratia Christi potuerit augeri? Non. Neque ex parte gratiæ, neque ex parte subiecti.

13 Vtrum gratia Christi habitualis subsequatur unionem? Sic: ordine naturæ non temporis.

QVAESTIO VIII.

De gratia Christi; secundum quod est caput Ecclesiæ.

1 Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ? Sic. Secundum similitudinem capitis naturalis humani.

2 Vtrum Christus sit caput hominum quãtum ad animas, & quantum ad corpora? Sic. Quantum ad illas, primò: quantum ad ista, secundariò.

3 Vtrum Christus sit caput omnium hominum? Sic. Secundũ diuersos gradus.

4 Vtrum Christus sit caput Angelorum? Sic. Non tamen ita propriè; sicut hominum.

5 Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gra-

tia habituali eius; secundum quod est quidam homo singularis? Sic. Secundũ essentiam: Licet non secũdum rationẽ.
6 Vtrum esse caput Ecclesiæ sit proprium Christo? Sic. Secundum interiorem influxum; licet non secundum exteriorẽ gubernationem.
7 Vtrum diabolus sit caput omnium malorum? Sic. Secundum gubernationem exteriorem .i. aliam à uoluntate.
8 Vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum? Sic. Propter perfectionem malitiæ.

QVAESTIO IX.

De scientia Christi. In communi.

1 Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam, præter diuinam? Sic.
2 Vtrum Christus habuerit scientiam, quã habent compræhensores? Sic. Excellentissimè.
3 Vtrum Christus habuerit scientiam inditam, seu infusam? Sic.
4 Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam? Sic. Per inuentionẽ.

QVAESTIO X.

De scientia Christi; In speciali, Et primo de beata.

1 Vtrum anima Christi compræhendat

Ver-

Verbum, siuè diuinam essentiam? Nō. Propria comprehensione.

2 Vtrū anima Christi in Verbo cognoscat omnia? Sic. Omnia, quæ sunt in potentia creaturæ, etiam quòd nunquam reducantur ad actum: Et omnia, quæ sunt in potentia creatoris, dummodo quandoque reducantur ad actum. Hoc est. Quæcunque fuerūt, sunt, uel erūt. Quæcunque dicta, facta quandocunque uel cogitata, à quacunque creatura: Immò & quæcunque ipsa potest quandocunque dicere, facere, uel cogitare; quæ nunquā, dicet, faciet uel cogitabit actualiter. Licet nō omnia, quæ Deus potest facere; & nunquā actualiter fecit, facit, aut faciet.

3 Vtrum anima Christi in Verbo cognoscat infinita? Sic. Infinita in potentia; non in actu.

4 Vtrum anima Christi uideat Verbum, siuè diuinam essentiam, clarius; quā quælibet alia creatura? Sic.

QVAESTIO XI.

De scientia indita, uel infusa, animæ Christi.

1 Vtrum per scientiam inditam, uel infusam, Christus sciat omnia? Sic. Quæcunque & cognosci possunt ab hominibus per uirtutem intellectus agentis, & cognoscuntur ab eis per reuelationem

diuinam

diuinam præ ipsis tamen abundantius, ac plenius.

2 Vtrum Christus hac scientia uti potuerit, non conuertendo se ad phantasmata? Sic. Etiam ante passionem. Ex conditione animarum beatarum.

3 Vtrum in anima Christi hæc scientia fuerit discursiua? Non. Quantum ad sui acquisitionem: Licet quantum ad usum potuerit esse talis.

4 Vtrum hæc scientia in Christo fuerit maior, quam scientia Angelorum? Sic. Quantum ad id, quod habet ex causa influente; licet nõ quantum ad id, quod habet ex subiecto recipiente.

5 Vtrum hæc scientia fuerit habitualis in Christo? Sic. Vt tamen posset ea uti, quandocunque uolebat.

6 Vtrum hæc scientia in Christo fuerit distincta per uiuersos habitus? Sic.

QVAESTIO XII.

De scientia animæ Christi acquisitá, seu experimentali.

1 Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia? Sic. Secundum quid. i. quæ possunt sciri per actionem intellectus agentis. Vide ad tertium.

2 Vtrum Christus in hac scientia profecerit? Sic. Secundum & effectum, & habitum. Ad differentiam aliarum suarũ scientiarum.

3 Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit? Non.

4 Vtrum Christus aliquid ab Angelis didicerit? Non.

QVAESTIO XIII.

De potentia animæ Christi.

1 Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam, simpliciter? Non.

2 Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam, respectu immutationis creaturarum? Non. Nisi secundum quid: etiam si consideretur, ut est instrumentum Verbi.

3 Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam, respectu proprij corporis? Non. Nisi secundum quòd est instrumentum Verbi.

4 Vtrum anima Christi habuerit omnipotẽtiã, respectu executionis suę uoluntatis? Sic. Eo modo, quo ipsa se posse uoluit.

QVAESTIO XIIII.

De defectibus à Christo coassumptis. Et primo de defectibus corporis.

1 Vtrum filius Dei assumere debuerit in humana natura defectus corporis? Sic.

2 Vtrum Christus necessitatem hic defectibus subiacendi assumpserit? Sic. Naturalem,

ralem, & coactionis : non tamen secundum quòd repugnat eius humanæ uoluntati deliberatę.

3 Vtrum Christus defectus corporales contraxerit? Non. Sed ex propria uoluntate suscepit.

4 Vtrum Christus omnes defectus corporales hominium assumere debuerit? Non. Sed tantum naturales,& indetractabiles.i.eos,qui consequuntur communiter totam naturam humanam;& eos, qui defectum scientiæ & gratiæ, non important.

QVAESTIO XV.

De defectibus animæ à Christo coassumptis.

1 Vtrum in Christo fuerit peccatum? Nõ. Nec potuit esse.

2 Vtrum in Christo fuerit fomes peccati? Non. Nec potuit esse.

3 Vtrum in Christo fuerit ignorantia? Nõ. Nec potuit esse.

4 Vtrum anima Christi fuerit possibilis? Sic. Passione tùm corporali, tùm animali.

5 Vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis? Sic.

6 Vtrum in Christo fuerit tristitia? Sic.

7 Vtrum in Christo fuerit timor? Sic. Vt dicit appetitum sensitiuum naturaliter refugiẽtem corporis læsionem futuram.

8 Vtrum in Christo fuerit admiratio? Sic. Quò ad scientiam experimentalem tantum consideratam.

9 Vtrum in Christo fuerit ira? Sic. Ira per zelum: licet non ira per uitium.

10 Vtrum Christus simul fuerit uiator, & comprehensor? Sic. Ante mortis passionem.

QVAESTIO XVI.

De consequentibus unionem. Et primo quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum se.

1 Vtrum hæc sit uera, Deus est homo? Sic. Et propria; tùm propter ueritatem terminorum, tùm propter ueritatem prædicationis.

2 Vtrum hæc sit uera, Homo est Deus? Sic. Supposita ueritate unionis supponenda.

3 Vtrum Christus possit dici homo dominicus? Non. Immo uerè est propriè loquendo; hæc est hæretica.

4 Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de filio Dei; & è conuerso? Sic. Seruata tamen distinctione naturarum; iuxta prędicationes factas.

5 Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de natura diuina: & ea, quæ conueniunt filio Dei, possint prædicari de natura humana? Non. Secundum quòd ipsa in abstracto significãtur.

6 Vtrum

6 Vtrum hæc sit uera, Deus factus est homo? Sic. Inquantum, scilicet esse hominem, prædicatur uerè de Deo post assumptionem carnis: artic. i.

7 Vtrum hæc sit uera, Homo factus est Deus? Non. Alioquin sequitur hæresis Nestorij.

8 Vtrum hæc sit uera, Christus est creatura? Non. Nisi cum ly secundum humanitatem.

9 Vtrum hæc sit uera, Iste homo (demonstrato Christo) incæpit esse? Non. Nisi cum ly secundum humanitatem.

10 Vtrum hæc sit uera, Christus, secundum quòd homo, est creatura? Sic. Si ly homo, dicat naturam humanam. Simpliciter tamen falsa est hæc, scilicet Christus, secundum quòd hic homo, est creatura.

11 Vtrum hæc sit uera, Christus, secundum quòd homo, est Deus? Non. Nisi ly homo, dicat personam humanã ipsius quæ realiter Deus est. Simpliciter ergo uera est hæc, scilicet Christus, secundum quòd hic homo, est Deus.

12 Vtrum hæc sit uera, Christus, secundum quòd homo, est hypostasis uel persona? Non. Nisi ly homo, stet pro supposito humanitatis Christi, quod est Verbum.

QVAESTIO XVII.

De pertinentibus ad unitatem in Christo. Et primo quantum ad esse.

1 Vtrum Christus sit unum? Sic. Est ergo simpliciter & unus in persona, &.i. unum suppositum. Licet habeat duas naturas.

2 Vtrum in Christo sit tantum unum esse? Sic. Licet in ipso Christo sint duæ naturæ.

QVAESTIO XVIII.

De pertinentibus ad unitatem in Christo. Quantum ad uoluntatem.

1 Vtrum in Christo sint duæ uoluntates? Sic. Vna diuina: alia humana.

2 Vtrum in Christo fuerit uoluntas sensualitatis, præter uoluntatem rationis? Sic: Hoc est. Sensualitas, quæ potest dici uoluntas per paticipationem.

3 Vtrum in Christo fuerint duæ uoluntates, quantum ad rationem? Non. Nisi ly uoluntas, sumatur pro actu uoluntatis.

4 Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium. Sic.

5 Vtrum uoluntas humana Christi fuerit omninò conformis uoluntati diuinæ, in uolito? Non. Nisi loquamur de humana uoluntate rationis procedente per modum rationis. Illa etiam non confor

mitas fuit totaliter absque omni peccato,q.15.ar.1.

6 Vtrum in Christo fuerit contrarietas uoluntatum? Non. Nec etiam minima.

QVAESTIO XIX.

De pertinentibus ad unitatem in Christo. Quantum ad operationem.

1 Vtrum in Christo sit tantum una operatio diuinitatis, & humanitatis? Non. Sed plures realiter distinctæ; cum alterutrius tamen communione exercitæ.

2 Vtrum in Christo sint plures operationes humanæ? Non. Sed omnes verè iudicãtur una magis, quã in quouis alio homine. Sunt ergo plures, materialiter: & sunt vna tantum, formaliter, quia princi pio uni. i. rationi omnes obediunt.

3 Vtrum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria? Sic. Quo ad gloriam corporis; & pertinentia ad exteriorem eius excellentiam.

4 Vtrum Christus aliis mereri potuerit? Sic. Inquantum sunt membra eius.

QVAESTIO XX.

De pertinentibus ad Christum per comparationem ad Patrem. Et primò de subiectione eius ad Patrem.

1 Vtrum Christus sit subiectus Patri? Sic.

Secundum humanitatem.

2 Vtrum Christus sit subiectus sibijpsi? Sic. Loquendo de Christo, ratione naturarum, solum, idest Christus secundũ humanitatem est subiectus sibijpsi secundum diuinitatem.

QVAESTIO XXI.

De oratione Christi, ad Patrem.

1 Vtrum Christo competat orare? Sic. Secundum quòd habet humanitatem; & humanam rationem, ac uoluntatem.

2 Vtrum Christo conueniat orare secundum suam sensualitatem? Non. Nisi inquantum ratio exprimit affectum sensualitatis.

3 Vtrum fuerit conueniens, Christum pro se orare? Sic. Dupliciter. Vel scilicet exprimendo affectum sensualitatis, & voluntatis, ut natura est: vel exprimendo affectum voluntatis deliberatæ.

4 Vtrũ oratio Christi fuerit semper exaudita? Sic. Secundum quod Christus, eã exaudiri, absoluta uoluntate uolebat.

QVAESTIO XXII.

De sacerdotio Christi, ad Patrem.

1 Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem? Sic. Secundum quod homo: & maximè.

2. Vtrum

2 Vtrum Christus simul fuerit sacerdos,& hostia?Sic. Hostia & pro peccato,& pacifica,& holocaustum.

3 Vtrũ effectus sacerdotii Christi sit expiatio peccatorum?Sic Plena.

4 Vtrum effectus sacerdotii Christi non solum pertinuerit ad alios, sed etiam ad ipsum? Non.Sed solum ad alios.

5 Vtrum sacerdotium Christi permaneat in æternum? Sic. Ratione finis sacrificii, idest uitæ æternæ.

6 Vtrum sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech? Sic. Tanquam excellenter præfigurantem.

QVAESTIO XXIII.

De adoptione Christi a Patre.

1 Vtrum Deo conueniat, filios adoptare? Sic.

2 Vtrum adoptare conueniat toti trinitati?Sic.

3 Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ ? Sic. Et conuenit solum habenti charitatem.

4 Vtrum Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptiuus? Non.Sed naturalis : inquantum persona humanitatis Christi (ratione enim personæ solum dicitur quis adoptari) non est aliquid creatum , sed increatum, scilicet Deus uerbum.

QVAESTIO XXIIII.

De prædestinatione Christi a Patre.

1 Vtrum Chisto conueniat, esse prædesti natum? Sic. Ratione unionis naturarum in persona eius.

2 Vtrum hæc sit uera, Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei? Sic. Rom. 1.

3 Vtrum prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar? Sic. Considerata secundum effectus prædestinationis: non, secundum actum prædestinantis.

4 Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis? Sic. Considerata secundum terminum prædestinationis; non secundum actum prædestinantis.

QVAESTIO XXV.

De pertinentibus ad Christum, per comparationem ad nos.

1 Vtrum una, & eadem adoratione sit adóranda diuinitas Christi, & eius humanitas? Sic. Propriè loquendo: & ex parte eius, qui adoratur. Licet sint plures causæ ipsius adorationis.

2 Vtrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ? Sic. Vt res adorata: Licet non, ut ratio adorandi.

3 Vtrum imago Christi sit adoranda adora

tione

tione latriæ? Sic. Vt imago eius est.

4 Vtrum crux Christi sit adoranda adoratione latriæ? Sic. Vt imago Christi crucifixi: Et in quacunque materia sit.

5 Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latriæ? Non. Sed hyperdulia.

6 Vtrum reliquiæ sanctorum sint adorandæ? Sic. Et contrarium est hæresis Vigilantii.

QVAESTIO XXVI.

De eo, quod Christus dicitur Dei, & hominum, mediator.

1 Vtrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium, Christo? Sic. Perfectiuè. Licet dispositiuè ministerialiterque possint aliqui alii esse mediatores: Vt sancti, & sacerdotes.

2 Vtrum Christus, secundum quod homo, sit mediator Dei & hominum? Sic. Tãtum: & uerissimè.

QVAESTIO XXVII.

De pertinentibus ad Christum, quantum ad eius ingressum in mundum Et primo quantum ad matrem ipsum concipientem. Et primo de matris huius sanctificatione.

1 Vtrum B. Virgo mater Dei fuerit sancti-

ctificata ante natiuitatem ex utero? Sic.

2 Vtrum B. Virgo fuerit sanctificata ante animationem? Non. Nec potest hoc intelligi, salua fide catholica de uniuersali redemptione per Christum. Sed fuit post animationem; posterioritate scilicet uel naturę, uel temporis, idest uel in ipso animationis, uel post illud instās.

3 Vtrum fuerit per sanctificationem ipsam sublatus totaliter fomes à B. Virgine? Non. Secundum essentiam. Licet remanserit semper ligatus.

4 Vtrum B. uirgo per huiusmodi sanctificationem consecuta fuerit, ut nunquam peccaret? Sic. Nec mortali, nec ueniali, peccato.

5 Vtrum B. Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum? Sic. Et maiorem præ cæteris puris hominibus.

6 Vtrum sanctificari in utero, fuerit proprium B. Virgini? Non.

QVAESTIO XXVIII.

De B. matris uirginitate.

1 Vtrum B. mater Dei fuerit uirgo in concipiendo Christum. Sic. De fide.

2 Vtrum B. mater Dei fuerit uirgo in partu? Sic. De fide.

3 Vtrum B. mater Dei permanserit semper virgo post partum? Sic. De fide.

4 Vtrum B. mater Dei uirginitatem uouerit?

rit? Sic. Ante desponsationem conditionaliter: post desponsationem absolutè: & cum sponso.

QVAESTIO XXIX.

[De B. matris desponsatione.

1 Vtrum Christus debuerit nasci de uirgine desponsata? Sic. Et propter ipsum, & propter matrem, & propter nos.

2 Vtrum inter B. Mariam, & Ioseph fuerit uerum matrimonium? Sic. Quantum ad primam perfectionem matrimonij, Omninò; quantum ad secundam, non omninò. Inquantum, scilicet ibi fuit absolute consensus animorum in copulam coniugalem, quamuis non absolute in copulam carnalem: & ibi fuit proles, scilicet Christus, quamuis non ex aliquo concubitu. Iuxta illud B. Augustini omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi proles, fides, & sacramẽtum. Prolem cognoscimus ipsũ dominũ I E S V M; fidem quia nullum adulterium; sacramẽtum, quia nullum diuortium: solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

QVAESTIO XXX.

De B. Virginis annunciatione.

1 Vtrum necessarium fuerit, annunciari B. Virgini

Virgini id,quod in ea erat generãdum? Sic. Ex congruitate.

2 Vtrum annunciatio debuerit fieri B.Virgini ab Angelo? Sic.

3 Vtrum Angelus annuncians, debuerit B.Virgini uisione corporali apparere? Sic.

4 Vtrum annunciatio fuerit conuenienti ordine perfecta? Sic.

QVAESTIO XXXI.

De conceptione Christi. Et primò. Quantum ad materiam; de qua corpus eius conceptum est.

1 Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam?Sic. Hoc est.Ex materia deriuata ab Adam.

2 Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Dauid? Sic.

3 Vtrum conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur? Sic.

4 Vtrum materia corporis sit conueniẽter assumpta de fœmina?Sic.

5 Vtrum Christi corpus fuerit de purissimis sãguinibus B.Virginis cõceptũ?Sic.

6 Vtrum corpus Christi fuerit in Adam, & in alijs antiquis patribus, secundum aliquid signatum? Non.Sed secundum originem.

7 Vtrũ caro Christi in Patribus fuerit peccato infecta? Sic.

8 Vtrum Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus? Non.

QVAESTIO XXXII.

De conceptione Christi, Quò ad principium actiuum conceptionis.

1 Vtrũ spiritussanctus fuerit actiuum principium conceptionis Christi? Sic. Per appropriationem. Licet tota Trinitas opus hoc, scilicet conceptionem Christi fecerit.

2 Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritusancto? Sic. Vt tamen efficientia, quæ importatur in ly de, referatur ad corpus Christi; & consubstantialitas, quæ etiam importatur in ly De, referatur ad personam Christi.

3 Vtrum Spiritussanctus debeat dici pater Christi secundum carnem? Nõ. Neque tota Trinitas.

4 Vtrum B. Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Christi? Non. Licet ante ipsam conceptionem egerit actiuè aliquid, præparãdo materiam.

QVAESTIO XXXIII.

De conceptione Christi. Quò ad modum & ordinem conceptionis.

1 Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatũ: seu (quod

in idem redit) utrum formatio corporis Christi fuerit in instanti? Sic. Licet neque præambulum cōceptioni, neque consequens conceptionem, fuerint in instanti.

2 Vtrum corpus Christi fuerit animatum in primo instanti conceptionis? Sic. Anima rationali.

3 Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit à Verbo assumptū? Sic. De fide.

4 Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis? Sic. Secundum aliquid licet simpliciter sit miraculosa.

QVAESTIO XXXIIII.

De conceptione Christi. Quò ad perfectionem prolis conceptę.

1 Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam? Sic Immò per gratiæ plenitudinem & quò ad animā, & quo ad corpus.

2 Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit usum liberi arbitrij? Sic.

3 Vtrum Christus, in primo instanti suæ conceptionis mereri potuerit? Sic. Et meruit.

4 Vtrum Christus, in primo instanti suæ conceptionis fuerit perfectus compræhensor? Sic omnibus compræhensoribus perfectior.

QVAE-

QVAESTIO XXXV.

De natiuitate Christi.

1 Vtrum natiuitas magis conueniat personæ quam naturæ? Sic. Tanquam subiecto nascenti: Licet non, ut termino generationis.

2 Vtrum Christo attribuenda sit natiuitas temporalis? Sic. Secundum naturam humanam.

3 Vtrum B. Virgo sit mater Christi secundum natiuitatem eius temporalem? Sic. Vera, & naturalis.

4 Vtrum B. Virgo sit mater Dei, secundũ tpalé eius natiuitatem? Sic. Verè. Et contrarium est hæreticum.

5 Vtrum in Christo sint duæ filiationes? Non. Nisi cum limitatione hoc, scilicet secundum dualitatem natiuitatum.

6 Vtrum Christus fuerit natus sine dolore matris? Sic. Maxima iocunditate.

7 Vtrum Christus debuerit nasci in Bethleem? Sic.

8 Vtrum Christus fuerit congruo tempore natus? Sic.

QVAESTIO XXXVI.

De manifestatione Christi nati.

1 Vtrum natiuitas Christi debuerit, esse omnibus manifesta? Non.

2 Vtrum Christi natiuitas debuerit aliquibus manifestari? Sic. Per quos notitia eius perueniret ad alios.

3 Vtrum sint conuenienter electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas? Sic. Electi, scilicet de omnibus conditionibus hominum.

4 Vtrum Christus per seipsum natiuitatẽ suam manifestare debuerit? Non. Sed per alios.

5 Vtrum natiuitas Christi debuerit per Angelos, & stellam manifestari? Sic.

6 Vtrum natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata? Sic.

7 Vtrum stella, quæ Magis apparuit, fuerit una de cœlestibus stellis? Non. Sed aut Spiritussanctus, uel Angelus, in forma stellæ: aut (quod magis uidetur) stella inanimata de nouo creata.

8 Vtrum Magi conuenienter ad Christum adorandum uenerint? Sic. Moti à spiritusancto. Et hoc de fide.

QVAESTIO XXXVII.

De legalibus circa puerum IESVM obseruatis.

1 Vtrum Christus debuerit circuncidi? Sic.

2 Vtrum conuenienter fuerit Christo nomen impositum? Sic.

3 Vtrum Christus conuenienter fuerit in tẽplo oblatus? Sic. Et quantum ad id, quod

qđ ſpāliter ad primogenitos, & quantū ad id, quod uniuerſaliter ad omnes, per tinebat.

4 Vtrum mater Dei conuenienter ad templum purganda acceſſerit? Sic. Licet ad hoc non eſſet obnoxia.

QVAESTIO XXXVIII.

De baptiſmo, quo Chriſtus baptizatus eſt. Et primo de baptiſmo Ioannis in communi.

1 Vtrum fuerit conueniens, Ioannem baptizare? Sic.

2 Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit à Deo? Sic.. Sed effectus baptiſmi ab homine.

3 Vtrum baptiſmus Ioannis gratiam conferret? Non. Sed ad ipſam præparabat.

4 Vtrum alij, præter Chriſtum baptiſmo Ioannis baptizari debuerint? Sic.

5 Vtrum baptiſmus Ioannis debuerit ceſſare, Chriſto baptizato? Non. Statim.

6 Vtrum baptizati baptiſmo Ioānis eſſent poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti? Sic. Vt ſaluarentur.

QVAESTIO XXXIX.

De baptizatione Chriſti.

1 Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum baptizari? Sic.

2 Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum baptizari

ptizari baptiſmo Ioannis? Sic.

3 Vtrum Chriſtus tempore conuenienti fuerit baptizatus? Sic.

4 Vtrum Chriſtus debuerit in Iordane baptizari? Sic.

5 Vtrum Chriſto baptizato debuerint cœli aperiri? Sic.

6 Vtrum conuenienter Spiritusſanctus ſuper Chriſtum baptizatum deſcenderit in ſpecie columbæ? Sic.

7 Vtrum illa columba, in qua apparuit Spiritusſanctus, fuerit uerum animal? Sic.

8 Vtrum conuenienter Chriſto baptizato, fuerit uox Patris audita filium proteſtantis? Sic.

QVAESTIO XL.

De pertinentibus ad Chriſtum, quantum ad progreſſum eius in mundo. Et primo de modo conuerſationis eius.

1 Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum inter homines conuerſari? Sic. Hoc eſt, Non debuit ſolitariam uitam agere.

2 Vtrum Chriſtus auſterã uitã in hoc mũdo ducere debuerit? Non. Hoc eſt. Debuit in cibo, & potu ſe habere communiter; ſicut alij.

3 Vtrum Chriſtus in hoc mundo debuerit pauperem uitam ducere? Sic.

4 Vtrum Chriſtus in hac uita ſecundum legem conuerſatus fuerit? Sic. Per oĩa.

QVA-

QVAESTIO XLI.

De tentatione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit, Christum tentari? Sic.
2 Vtrum Christus in deserto tentari debuerit? Sic.
3 Vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium? Sic.
4 Vtrum fuerit conueniens modus, & ordo, tentationis Christi? Sic.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi.

1 Vtrum fuerit conueniens, Christum iudæis, & non gentilibus, prædicare? Sic. Tam per seipsum, quam per Apostolos, ante suiipsius passionem. Licet post ipsam eum per Apostolos prædicare etiã gentilibus, fuerit conueniens.
2 Vtrum Christus debuerit prædicare Iudęis sine eorum offensione? Non. Hoc est. Nõ obstante offensione Iudęorum; conuenienter prædicauit eis Christus, quæcunque prædicauit.
3 Vtrum Christus omnia publicè docere debuerit? Sic. Et quò ad intentionem suam, & quò ad audientes: Licet nõ semper, quò ad modum docendi.

Vtrum

4 Vtrum Christus debuerit, doctrinam suã scripto tradere? Non.

QVAESTIO XLIII.

De miraculis Christi; In generali.

1 Vtrum Christus miracula facere debuerit? Sic.
2 Vtrum Christus miracula fecerit, diuina uirtute? Sic. Et nunquam aliter.
3 Vtrum Christus incæperit facere miracula in nuptijs? Sic.
4 Vtrum miracula Christi, ostẽderint sufficienter eius diuinitatem? Sic.

QVAESTIO XLIIII.

De miraculis Christi; In speciali. i. De singulis miraculorum speciebus.

1 Vtrum miracula Christi circa spirituales substantias fuerint conuenientia? Sic.
2 Vtrũ conuenienter facta fuerint à Christo miracula circa corpora cœlestia? Sic.
3 Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa homines? Sic.
4 Vtrum Christus fecerit cõuenienter miracula circa creaturas irrationales? Sic.

QVAESTIO XLV.

De transfiguratione Christi.

1 Vtrum fuerit cõueniens, Christum trãsfigurari? Sic.

2 Vtrum

2 Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa? Sic. Quantum ad essentiam: Licet non quantum ad modum essendi.i.illa claritas est deriuata à gloria animę Christi: licet non p modum permanentis, sed transeuntis.

3 Vtrum testes transfigurations conuenienter fuerint inducti? Sic.

4 Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ uocis in transfiguratione? Sic.

QVAESTIO XLVI.

De pertinentibus ad Christum; quantum ad egressum eius de mundo. Et primo de passione eius.

1 Vtrum necessarium fuerit; Christum pati pro liberatione generis humani? Sic. Necessitate finis. Licet non necessitate simpliciter absoluta, neque necessitate coactionis.

2 Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per passionem Christi? Sic. Simpliciter absolutè, licet nō ex suppositione pręordinationis diuinę de passione Christi circa talem liberationem.

3 Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem generis humani, quam per passionem Christi? Non.

4 Vtrum Christus pati debuerit in cruce? Sic. Et hoc fuit conuenientissimum.

5 Vtrum

5 Vtrum Christus omnes passiones sustinuerit? Non. Secundum species passionum. Sed omnes, secundum genus passionum.

6 Vtrum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus præsentis uitæ? Sic. Tum exterior, tùm interior: Et omnibus causis doloris simul consideratis.

7 Vtrum Christus fuerit passus secundum totam animam? Sic. Ratione totius essentiæ animæ: & omnium potentiarum eius, prout ex parte subiecti eis pati contingit; licet non omnium, sed inferiorum tantum, prout ex parte obiecti considerantur.

8 Vtrum anima Christi tota in tempore passionis suę frueretur fruitione beata? Sic. Loquendo solum de tota anima secundum essentiam; inquantum s. essentia eius est subiectum superioris partis animę.

9 Vtrum Christus fuerit conuenienti tempore passus? Sic.

10 Vtrum Christus fuerit conuenienti loco passus? Sic.

11 Vtrum conueniens fuerit, Christum cū latronibus crucifigi? Sic. Quantum ad Dei ordinationem.

12 Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda? Non. Sed supposito diuinæ naturæ, ratione tantum naturæ humanæ.

QVAE-

QVAESTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

1 Vtrum Christus fuerit ab alio occisus? Sic. Directè. Licet ipse suæ passionis & occisionis fuerit causa indirectá.i.nõ impediens (cum impedire posset; quamuis impedire non deberet).

2 Vtrum Christus fuerit ex obedientia mortuus? Sic. Et hoc fuit conuenientissimum.

3 Vtrum Deus pater tradiderit Christum passioni? Sic. Secundum tria; scilicet suã æternam præordinationem de Christo passuro; & secundum infusionem charitatis inclinantis Christum ad patiendũ: & secundum quòd non protexit eum à passione.

4 Vtrum conueniens fuerit, Christum pati à gentilibus? Sic. Finaliter licet initiatiuè à Iudæis.

5 Vtrum Christi persecutores eum cognouerint? Sic. Principes Iudęorum eum esse uerum Messiam; Licet non Deum, ignorantia inexcusabili, immò & accusabili, hoc faciente. De popularibus autẽ non item.

6 Vtrum peccatum crucifigentium Christum fuerit grauissimum? Sic. Respectũ omniũ pariformiter, quò ad genus peccati, Licet inæqualiter, quò ad malitiã uoluntatis.

QVAESTIO XLVIII.

De effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi.

1 Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti? Sic.

2 Vtrum passio Christi causauerit nostrã salutem per modum satisfactionis? Sic. Etiam superabundantis.

3 Vtrum passio Christi operata sit per modum sacrificij? Sic. Immo ipsa fuit uerũ sacrificium.

4 Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis? Sic. Immò ipsa uerè est nostra redemptio.

5 Vtrum esse redemptorem sit proprium Christi? Sic. Immediatè. Licet conueniat toti trinitati, ut primæ causæ redemptioni.

6 Vtrum passio Christi operata sit nostrã salutem per modum efficientiæ? Sic. Instrumentaliter.

QVAESTIO XLIX.

De ipsis effectibus passionis Christi.

1 Vtrum per passionem Christi simus liberati à peccato? Sic. Tanquam per propriam causam remissionis peccati.

3 Vtrum per passionem Christi simus liberati à potestate diaboli? Sic. Considerata; ex

ta;ex parte siuè hominis, siue Dei, siue diaboli.

3 Vtrum per passionem Christi simus liberati à pœna peccati? Sic. Directè,& indirectè.

4 Vtrũ per passionem Christi simus Deo reconciliati? Sic.

5 Vtrum passione sua Christus aperuerit nobis ianuam cœli? Sic.

6 Vtrum Christus per suam passionem meruerit exaltari? Sic. Quantum ad quatuor, scilicet quò ad resurrection em, quo ad ascensionem; quò ad sessionem ad dexteram Patris, manifestationemque suæ diuinitatis; & quò ad iudiciariam potestatem omnium.

QVAESTIO L.

De morte Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit, Christum mori? Sic.

2 Vtrum in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne? Non. Et hoc erat impossibile.

3 Vtrum in morte Christi facta fuerit separatio diuinitatis ab anima? Non. De fide.

4 Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo? Non. Et contrarium absolutè est hæresis.

5 Vtrum fuerit idem numero corpus Christi uiuentis,& mortui? Sic. Idem supposito. Licet non idem specie.

6 Vtrum mors Christi operata sit aliquid ad nostram salutem ? Sic. Et per modũ meriti atque efficientię, ut mors ipsa est in fieri: & per modum efficientiæ tantũ, ut ipsa mors est in facto esse.

QVAESTIO LI.

De sepultura Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit, Christum sepeliri ? Sic.

2 Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus ? Sic.

3 Vtrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum ? Non.

4 Vtrum corpus Christi fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus ? Sic. Idest, triginta sex horis.

QVAESTIO LII.

De descensu Christi ad inferos.

1 Vtrum fuerit conueniens, Christum ad infernum descendere ? Sic.

2 Vtrum Christus descenderit ad infernũ damnatorum ? Non Nisi per effectum. Quod intellige etiam de purgatorio: cum per essentiam simul, solum in infernum sanctorum Patrum descẽderit.

3 Vtrũ Christus fuerit totus in inferno ? Sic. Licèt non secundum totum.

4 Vtrum Christus aliquam moram traxe-

rit in inferno? Sic. Quantam corpus traxit in sepulchro. i. per diem integrum, & duas noctes. i. 36. horis.

5 Vtrum Christus descendens ad inferos Sanctos Patres indè liberauerit? Sic.

6 Vtrum Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit? Non.

7 Vtrum qui cum originali decesserant, fuerint à Christo liberati? Non.

8 Vtrum Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio? Non. Nisi eas, quæ iam sufficienter purgatæ erant.

QVAESTIO LIII.

De pertinentibus ad exaltationem Christi. Et primo de eius resurrectione.

1 Vtrum fuerit necessarium, Christum resurgere? Sic.

2 Vtrum conueniens fuerit, Christum tertia die resurgere? Sic.

3 Vtrum Christus fuerit primus resurgentium? Sic. Resurrectione perfecta. i. ad uitam immortalem.

4 Vtrum Christus fuerit causa suæ resurrectionis? Sic. Ex uirtute suæ diuinitatis.

QVAESTIO LIIII.

De qualitate Christi resurgentis.

1 Vtrum Christus post resurrectionem habuerit

habuerit verum corpus?Sic.Eiusdem naturæ,cuius fuerat prius.

2 Vtrum corpus Christi resurrexerit integrum ? Sic.Absque aliqua diminutione partium carnis,ossis,sanguinis,& huiusmodi.

3 Vtrum Christi corpus resurrexerit gloriosum?Sic.

4 Vtrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere? Sic.

QVAESTIO LV.

De manifestatione resurrectionis Christi.

1 Vtrum resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari?Non Nisi testibus ab æterno præordinatis;per quos deferretur ad aliorum notitiam.

2 Vtrum fuisset conueniens;quod discipuli uiderent Christum resurgere?Non.Immediatè. Nec quòd aliquis hominum sic uideret ipsum: sed quòd hominibus ab Angelis Christum resurrexisse, nunciaretur.

3 Vtrum Christus post resurrectionem debuerit cum discipulis continuè conuersari?Non.

4 Vtrum Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere ? Sic. Illis, scilicet qui iam circa fidem tepescere uidebantur:licet in sua effigie ad credendum dispositis.

5 Vtrum

5 Vtrum Christus ueritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare? Sic. Secundum quòd argumentum est aliquod sensibile signum, quod ad ueritatis alicuius manifestationis inducitur: licet non secundum quòd argumentum a dialecticis diffinitur.

6 Vtrum argumenta, quæ Christus induxit, manifestauerint sufficienter resurrectionem eius? Sic. Secundum quod Christus per ea ostendere intendebat.

QVAESTIO LVI.

De causalitate resurrectionis Christi.

1 Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum nostrorum? Sic.

2 Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis, idest iustificationis animarum nostrarum? Sic. Et effectiue, instrumentaliter, & exemplariter.

QVAESTIO LVII.

De ascensione Christi.

1 Vtrum fuerit conueniens, Christum in cœlum ascendere? Sic.

2 Vtrum conueniat Christo ascendere in cœlum secundum naturam diuinam? Non. Vt ly secundum, dicit conditionẽ ascendentis: licet sic ascenderit, ut ly se-

cundum, dicit causam ascensionis.

3 Vtrum Christus ascenderit propria uirtute? Sic. Diuina, & humana glorificata: licet non humana naturali.

4 Vtrum Christus ascenderit super omnes cęlos? Sic. Et hoc fuit conuenientissimũ corpori glorioso Christi.

5 Vtrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem? Sic. Ratione dignitatis tantæ, scilicet unionis personalis cum Deitate consideratum.

6 Vtrum ascensio Christi sit causa nostræ salutis? Sic. Tum ex parte nostra, tum ex parte ipsius Christi. Ex parte quidẽ nostra quadrupliciter: quia per eius ascẽsionem datur locus & fidei, & spei, & charitati, & augmẽtationi reuerentiali erga ipsum. Ex parte autem ipsius trpliciter: quia ipse ascendendo parauit nobis viam eundi in cœlum; & assistit continuè coram patre ad interpellandum pro nobis: & mittit nobis dona cęlestia, tanquam Deus, ac dominus in cęlorum sede constitutus.

QVAESTIO LVIII.

De sessione Christi ad dexteram patris.

1 Vtrum Christo conueniat, sedere ad dexteram Dei Patris? Sic. Vt sessio dicit, & quietem, & regiam seu iudiciariam potestatem.

2 Vtrum sedere ad dexteram Patris conueniat

ueniat Christo, secundum quòd est Deus? Sic. Aequaliter cum Patre.

3 Vtrum sedere ad dexteram Patris conueniat Christo, secundum quod est homo? Sic. Excellenter præ aliis creatis; si ly secundum quod, dicat conditionem humanitatis ipsius. Et etiam æqualiter, si ly secundum quòd, dicat suppositum humanitatis eiusdem; cum tale suppositum realiter sit Deus.

4 Vtrum sedere ad dexteram Patris, sit proprium Christi? Sic. Secundùm declarationem terminorum, scilicet sedere ad dex. Patr. factam, ar. 2 & 3.

QVAESTIO LIX.

De iudiciaria potestate Christi.

1 Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda? Sic. Appropriate.

2 Vtrum iudiciaria potestas cōueniat Christo, secundum quod homo? Sic. Secundum quod homo, scilicet talis, idest caput Ecclesiæ.

3 Vtrum Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem? Sic.

4 Vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas quātum ad omnes res humanas? Sic. Christo, scilicet non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, considerato.

5 Vtrum post iudicium, quod agitur in pręsenti tempore, expectetur aliud iudi-

 cium.

cium finale? Sic. In quo perfectè, & manifestè, dijudicetur illud; quod quocumque modo ad unumquemq; hominem pertinet.

6 Vtrum iudiciaria potestas Christi se extendat ad Angelos? Sic. Christi, etiam secundum humanitatem. Ad Angelos tũ bonos, tum malos.

Tertię Partis de Saluatore Nostro. Finis.

TERTIA PARS DE SACRAMENTIS, &c. D. THOMAE ECCLESIÆ SANCTÆ DOCTORIS.

QVAESTIO PRIMA.

De sacramentis in communi.

1 Vtrum sacramentum sit in genere signi? R. Sic. Prout nunc de sancramento loquimur.

2 Vtrum omne signũ rei sacræ sit sacramentum? Sic. Rei sacræ scilicet, inquantum sanctificat homines.

3 Vtrum sacramentum sit signum unius rei tantum? Non. Sed trium scilicet passionis Christi, & gratię, & gloriæ.

4 Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis? Sic.

5 Vtrum requirantur determinatæ res ad

ſacramenta? Sic. Determinatæ ex diui-
na inſtitutione.

6 Vtrum in ſignificatione ſacramentorum requirantur uerba? Sic.

7 Vtrum requirantur determinata uerba in ſacramentis? Sic. Ex inſtitutione diuina.

8 Vtrum liceat addere, uel minuere aliquid uerbis, in quibus conſiſtit forma ſacramentorum? Non. Si per hoc tollatur debitus ſenſus uerborum.

QVAESTIO II.

De neceſſitate ſacramentorum.

1 Vtrum ſacramenta ſint neceſſaria ad humanam ſalutem? Sic.

2 Vtrum etiam ante peccatum ſacramenta fuerint hominibus neceſſaria? Non.

3 Vtrum poſt peccatum ante Chriſtum ſacramenta eſſe debuerint? Sic.

4 Vtrum poſt Chriſtum debuerint eſſe aliqua ſacramenta? Sic.

QVAESTIO III.

De effectu ſacramentorum principali, Qui eſt gratia.

1 Vtrum ſacramenta ſint cauſa gratiæ? Sic. Inſtrumentalis. ſi tamen ſint ſacramenta nouæ legis.

2 Vtrum gratia ſacramentalis aliquid addat

dat super gratiam. uirtutum & donorum?Sic.

3 Vtrum sacramenta nouæ legis contineat gratiam?Sic. Secundum uirtutem instrumentalem.

4 Vtrum in sacramentis sit aliqua uirtus causatiua gratiæ ?Sic.

5 Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant uirtutẽ ex passione Christi?Sic. Cuius & uirtus per horum suceptionem nobis communicatur.

6 Vtrum sacramenta ueteris legis causarẽt gratiam ? Non. Neque propria uirtute, neque uirtute passionis Christi, cum nondum actu fuisset.

QVAESTIO IIII.

De effectu sacramentorum alio. Qui est character.

1 Vrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima ? Sic.

2 Vtrum character sit spiritualis potestas ? Sic. Ordinata ad ea, quæ sunt diuini cultus.

3 Vtrum character sacramentalis sit character Christi ? Sic. Idest, quædam participatio sacerdotij Christi ab ipso Christo deriuata.

4 Vtrum character sit in potentijs animę, sicut in subiecto ? Sic.

5 Vtrum character insit animę indelebiliter ? Sic.

6 Vtrum

6 Vtrum per omnia sacramenta nouę legis imprimatur character? Non. Sed solùm per tria, scilicet baptismum, Confirmationem, & Ordinem.

QVAESTIO V.

De causa sacramentorum.

1 Vtrum solus Deus operetur ad interiorem effectum sacramenti? Sic. Per modum principalis agentis. Non: Per modum ministri.

2 Vtrum sacramenta sint solùm ex institutione diuina? Sic.

3 Vtrum Christus, secundum quòd homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum? Sic. Aliter tamen; quam ipse, secundum q̃ Deus.

4 Vtrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare? Sic. Quam habet; ut homo.

5 Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint? Sic.

6 Vtrum mali, ministrando sacramenta, peccent? Sic.

7 Vtrum Angeli possint, ministrare sacramenta? Non. Ex officio. Bonorum tamen Angelorum ministerium, si in sacramẽtis daretur, haberetur pro rato.

8 Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti? Sic. Intentio,

tio, scilicet faciendi tunc; quod facit Sancta Ecclesia Catholica.

9 Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti? Non.

10 Vtrum intentio recta ministri requiratur necessario ad perfectionem sacramēti? Non. Nisi peruersitas intentionis sit respectu sacramenti.i.quòd nolit cōficere sacramentum.

QVAESTIO VI.

De numero sacramentorum.

1 Vtrum sacramenta Ecclesię debeant esse septem? Sic.

2 Vtrum sacramenta conuenienter ordinentur secūdum modum hunc, scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pęnitentia, Extrema unctio, Ordo, Matrimonium? Sic.

3 Vtrum sacramentum Eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta? Sic.

4 Vtrum omnia sacramēta sint de necessitate salutis? Sic. Vel simpliciter, uel secundum quid.

QVAESTIO VII.

De sacramentis in speciali. Et primo de Baptismo.

1 Vtrum baptismus sit ipsa ablutio? Sic. Facta sub forma suorum uerborum.

2 Vtrum

2 Vtrũ baptiſmus ſit inſtitutus poſt Chriſti paſſionem ? Non. Sed neceſſitas utendi baptiſmo.

3 Vtrum aqua ſit propria materia baptiſmi ? Sic.

4 Vtrum ad baptiſmũ requiratur neceſſariò aqua ſimplex.i. habens ueram ſpeciem aquæ ? Sic.

5 Vtrum hæc ſit conueniens forma baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti ? Sic.

6 Vtrum in nomine Christi poſſit dari baptiſmus ? Non Nunc.

7 Vtrum immerſio in aqua ſit de neceſſitate baptiſmi? Non. Sed uel aſperſio, uel effuſio.

8 Vtrum trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi ? Non.

9 Vtrum baptiſmus poſſit iterari ? Non.

10 Vtrum ritus, quo Eccleſia in baptizando utitur, ſit conueniens ? Sic.

11 Vtrum conuenienter deſcribantur tria baptiſmata ? Sic. Flaminis, fluminis, & ſanguinis.

12 Vtrum baptiſmus ſanguinis ſit potiſſimus inter alia baptiſmata ? Sic.

QVAESTIO VIII.

De miniſtris baptiſmi.

1 Vtrum ad officium diaconi pertineat baptizare ? Non.

2 Vtrum baptizare pertineat ad officium presby-

presbyterorum? Sic.

3 Vtrum laicus possit baptizare? Non. Nisi in casu necessitatis.

4 Vtrum mulier possit baptizare? Non. Nisi in casu necessitatis.

5 Vtrum non baptizatus possit sacramentum batptismi conferre? Non. Nisi in articulo necessitatis.

6 Vtrum plures possint unum baptizare? Non. Nisi omninò simùl in omnibus, seruando formam debitam, conuenirent. Qui tamen adhuc puniendi essent.

7 Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte? Sic.

8 Vtrum ille, qui aliquem leuat de sacro fonte, teneatur ad eius instructionem? Sic. Quandocunque oportuerit.

QVAESTIO IX.

De suscipientibus baptismum.

1 Vtrum omnes teneantur ad susceptionẽ baptismi? Sic. De necessitate salutis.

2 Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari? Non. Nisi eum habeat, saltem in uoto.

3 Vtrum baptismus sit differendus? Non. Nisi sit baptismus adultorum; remotis duobus casibus, scilicet uel quia sunt iam perfectè instructi in fide, idoneique ad baptismum: uel propter infirmitatẽ.

4 Vtrum peccatores sint baptizandi? Non.

Si

Si persistant in peccato.

5 Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria? Non.

6 Vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri? Sic. Confessione solum interiori. i. dolere de peccatis suis; absque confessione sacramentali.

7 Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi? Sic. Vel per se, uel per alium, habita.

8 Vtrum fides requiratur ex parte baptizati? Sic. Quantum ad ultimum effectũ baptismi. i. gratiam: Licet non quantum ad primum. i. characterem.

9 Vtrum pueri sint baptizandi? Sic. De necessitate salutis.

10 Vtrum pueri Iudæorum uel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi? Non. Nisi habeant proprium usum rationis consentientem.

11 Vtrum pueri in maternis uteris positi possint baptizari? Non.

12 Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari? Sic. Si à natiuitate tales sint: Vel etiam si post in lucido interuallo præuoluerint.

QVAESTIO X.

De effectibus baptismi.

1 Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata? Sic.

2 Vtrum.

2 Vtrum per baptismũ liberetur homo ab omni reatu peccati.i.ab omni pęna peccatis suis debita ? Sic.

3 Vtrum per baptismum debeant auferri pœnalitates pręsentis uitæ? Nõ. Nisi in resurrectione communi; & tunc omnes pœnalitates solum à iustis.

4 Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & uirtutes ? Sic.

5 Vtrum conuenienter attribuantur baptismo pro effectibus isti actus uirtutum, scilicet, incorporatio ad Christum, illuminatio, & fœcundatio ? Sic.

6 Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam, & uirtutes ? Sic.

7 Vtrum effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cœlestis ? Sic.

8 Vtrum baptismus habeat in omnibus æqualem effectum ? Sic. Per se; in accedẽtibus æquali præparatione ad baptismum. De effectu autẽ per accidens, aliter est.

9 Vtrũ fictio impediat effectum baptismi? Sic.

10 Vtrum fictione recedente, baptismus suũ effectum consequatur ? Sic.

QVAESTIO XI.

De præparatorijs ad baptismum. Et primo de præparatorio, quod præcessit baptismum.i. de circuncisione.

1 Vtrum circuncisio fuerit præparatoria, & figuratiua

figuratiua, baptiſmi ? Sic.

2. Vtrum circunciſio fuerit conuenienter.i. tempore conuenienti, inſtituta ? Sic.

3. Vtrum ritus circunciſionis fuerit conueniens ? Sic.

4. Vtrum circunciſio conferret gratiam iuſtificantem ? Non. Ex uirtute ſua. Licet in circunciſione gratia iuſtificans conferretur.

QVAESTIO XII.

De præparatorijs, quæ ſimul concurrunt cum baptiſmo i. de catechiſmo, & exorciſmo.

1 Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum ? Sic.

2 Vtrum exorciſmus debeat præcedere baptiſmum ? Sic.

3 Vtrum ea, quæ aguntur in exorciſmo, aliquid efficiant ? Sic. Differenter tamen ab ipſo baptiſmo.

4 Vtrum ſit officium ſacerdotis catechizare, & exorcizare baptizandum ? Sic. Principaliter.

QVAESTIO XIII.

De ſacramento Confirmationis.

1 Vtrum confirmatio ſit ſacramentum ? Sic. Speciale.

2 Vtrum chriſma ſit conueniens materia huius ſacramenti ? Sic.

3 Vtrum.

3 Vtrum sit de necessitate huius sacramen ti, quod chrisma fuerit prius per Episcopum consecratum? Sic.
4 Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, In nomine Patris, & filij, & spiritussancti? Sic.
5 Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem? Sic.
6 Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi? Sic. Ita quod non baptizatus si de facto Confirmetur, non recipit characterem confirmationis.
7 Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens? Sic.
8 Vtrum hoc sacramẽtum sit omnibus exhibendum? Sic.
9 Vtrum hoc sacramentum sit conferendũ homini in fronte? Sic.
10 Vtrum ille, qui confirmatur, debeat teneri ab alio? Sic.
11 Vtrum solus episcopus hoc sacramentũ conferre possit? Sic.
12 Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens? Sic.

QVAESTIO XIIII.
De sacramento Eucharistiæ.

1 Vtrum Eucharistia sit sacramentum? Sic.
2 Vtrum sacramentũ Eucharistiæ sit unũ? Sic. Formaliter: Licet sit plura materialiter.

3 Vtrum

3 Vtrum Euchariſtia ſit de neceſſitate ſalutis? Sic. Aliquo modo. Licet non ſicut baptiſmus.

4 Vtrum hoc ſacramentum pluribus nominibus conuenienter nominetur? Sic. Videlicet Sacrificium, Communio, Hoſtia, Viaticum, Euchariſtia. Aſſumptio.

5 Vtrum inſtitutio huius ſacramenti fuerit conueniens? Sic.

6 Vtrum agnus paſchalis fuerit præcipua figura huius ſacramenti? Sic.

QVAESTIO XV.

De materia huius ſacramenti.

1 Vtrum materia huius ſacramẽti ſit panis & uinum? Sic.

2 Vtrũ requiratur determinata quantitas panis & uini ad materiam huius ſacramenti? Non. Ita quod non poſſit. Poteſt enim quantamcunque conſecrare ſacerdos.

3 Vtrum requiratur ad materiam huius ſacramenti, quod ſit panis triticeus? Sic.

4 Vtrum hoc ſacramentum debeat confici ex pane azimo? Sic. Magis, quam ex fermentato.

5 Vtrum uinum niſi ſit propria materia huius ſacramenti? Sic.

6 Vtrum aqua ſit uino permiſcenda? Sic.

7 vtrum permixtio aquę ſit de neceſſitate huius ſacramenti? Non.

8 Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi?

apponi? Non. Sed tam modica, ut conuertatur in uinum.

QVAESTIO XVI.

De conuersione panis & uini in corpus, & sanguinem, Christi.

1 Vtrum in hoc sacramēto sit corpus Christi secundum ueritatem? Sic. Secundū fidem catholicam.

2 Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & uini post consecrationē? Non. Et contrarium est hæreticum.

3 Vtrum substantia panis uel uini post consecrationem huius sacramenti annihiletur? Non.

4 Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi? Sic. Substantialiter. Idem quoque de conuersione uini in sanguinem eius, dicendum est.

5 Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis, & uini, post cōuersionē? Sic. Veraciter, & conuenienter.

6 Vtrum, facta consecratione, remaneat in hoc sacramento substantialis forma panis? Non.

7 Vtrum ista conuersio fiat in instanti? Sic.

QVAE-

QVAESTIO XVII.

De modo, quo Christus est in hoc sacramento.

1 Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento? Sic. Secundum fidem catholicam.

2 Vtrum totus Christus contineatur sub utraque specie huius sacramenti? Sic. Aliter tamen, & aliter, idest uel ex ui uerborum, vel ex reali cócomitantia, & hoc certissimè tenendum est: quod scilicet totus Christus sit veraciter sub utraque specie modo dicto.

3 Vtrum Christus totus sit sub qualibet parte specierum panis & vini? Sic.

4 Vtrum tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento? Sic Secundum modum substantiæ; & ex ui realis concomitantiæ tantum.

5 Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco? Non.

6 Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento? Non Per se, loquẽdo.

7 Vtrum corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo corporali, saltem glorificato? Non. Licet solus oculus Christi corporalis uideat suum corpus sub sacramento existens.

8 Vtrum, quando in hoc sacramento apparet miraculosè caro, uel puer, remaneat

ibi verè corpus Christi? Sic. Maximè, quando talis apparitio accidit solum ex parte uidentium, idest quando eorum oculi diuinitus immutantur taliter, ac si uiderēt exterius carnem, sanguinem, uel puerum; nulla immutatione facta ex parte sacramenti.

QVAESTIO XVIII.

De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

1 Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento? Sic. Virtute omnipotentiæ diuinæ.

2 Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiua panis, uel uini, sit subiectum aliorum accidentium? Sic. Virtute omnipotentiæ diuinæ.

3 Vtrum species, quæ remanent in hoc sacramento, possint immutare aliquid extrinsecum? Sic. Virtute omnipotentiæ diuinæ. Vide 2.2.q.1.ar.8. ad sextum. quod & ad supradicta, & ad infradicenda, de hoc sacramento conferet. Quid enim non possit omnipotentia talis?

4 Vtrum species sacramentales possint corrumpi? Sic. Et per se, & per accidens. Quandoque sub eis remanente corpore, & sanguine Christi; quandoque non: attento, scilicet modo corruptionis.

5 Vtrum ex speciebus sacramentalibus possit aliquid generari? Sic. Quicquid ex

materia panis, & uini, si adesset, posset generari.

6 Vtrum species sacramentales possint nutrire? Sic.

7 Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento? Sic. Non tamen corpus Christi.

8 Vtrum aliquis liquor possit uino consecrato commisceri? Sic. Ita quod quandoque remaneat, quandoque autem non, sub uino ipso sanguis Christi: attento, scilicet modo commixtionis liquoris.

QVAESTIO XIX.

De forma sacramenti Eucharistiæ.

1 Vtrum hæc sit forma huius sacramenti hoc est corpus meum; & hic est calix sanguinis mei? Sic.

2 Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, hoc est corpus meum? Sic. Immo conuenientissima.

3 Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis uini, Hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei; qui pro uobis, & pro multis, effundetur in remissionem peccatorũ? Sic. Et omnia hæc uerba sunt de substãtia formæ.

4 Vtrum prædictis uerbis formarum insit aliqua uis creata effectiua consecrationis? Sic. Instrumentalis tamen.

5 Vtrum

5 Vtrum prædictæ locutiones sint ueræ? Sic. Non tamen præsupponendo rem significatam, quamuis significatiuè sumantur; sed faciendo eam.

6 Vtrum forma consecrationis panis consequatur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis uini? Sic.

QVAESTIO XX.

De effectibus sacramenti Eucharistiæ.

1 Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia? Sic.

2 Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ? Sic.

3 Vtrum effectus sacramenti huius sit remissio peccati mortalis? Non Nisi in aliquo casu. Licet secundum se habeat uirtutem remittendi semper quantum uis grauia peccata.

4 Vtrum per hoc sacramentum remittantur peccata uenialia? Sic.

5 Vtrum per sacramẽtum hoc remittatur tota pœna peccati? Non. Sed secundũ quantitatem deuotionis sumentium, uel offerentium. Quamuis ipsum ex uirtute propria sufficiat ad tollendum omnem pœnam.

6 Vtrum per hoc sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris? Sic. Non tamen per hoc ab homine aufertur possibilitas peccandi.

7 Vtrum hoc sacramentum prosit alijs,

quam sumentibus? Sic. Per modum sacrificij.

8 Vtrum per ueniale peccatum impediatur effectus sacramenti huius? Sic. In parte: si illud sit actu exercitum.

QVAESTIO XXI.

De usu, seu sumptione, sacramenti Eucharistiæ. Et primò in communi.

1 Vtrum debeant distingui duo modi manducandi corpus Christi, scilicet sacramẽtaliter, & spiritualiter? Sic.

2 Vtrum solius hominis sit, hoc sacramentum spiritualiter sumere? Sic. Ad differentiam Angelorum: qui manducant Christum, prout in propria specie, non sub specie sacramenti, consistit.

3 Vtrum solus homo iustus possit, Christi sacramentaliter manducare? Nõ. Sed etiam homo in peccato mortali actualiter existens.

4 Vtrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, peccet? Sic. Mortaliter; peccato sacrilegij.

5 Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis sit grauissimum omnium peccatorũ? Sic. Respectu peccatorum contra alia sacramenta.

6 Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti? Non. Nisi

sit

fit peccator manifestus. Præmissa tamē sua ad illum occultum charitatiua monitione.

7 Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat á sumptione huius sacramenti? Sic. De necessitate quandoque: si consideretur secundum causam suam.

8 Vtrum cibus, uel potus, præassumptus impediat sumptionem huius sacramenti? Sic. Ratione prohibitionis Ecclesię. Nisi in infirmis exeuntibus.

9 Vtrum non habentes usum rationis debeant suscipere hoc sacramentum? Nō. Nisi prius in lucido interuallo habuissent deuotionem ad hoc.

10 Vtrum liceat quotidie suscipere hoc sacramentum? Non. Nisi quis ad huius sumptionem se quotidie paratum inueniat.

11 Vtrum liceat à communione omninò cessare? Non.

12 Vtrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine? Sic. Nisi sacerdoti conficienti.

QVAESTIO XXII.

De usu sacramenti Eucharistiæ in speciali, quo, scilicet Christus usus est in prima institutione.

1 Vtrū Christus sumpserit suum corpus, & sanguinē? Sic. Antequam daret discipulis.

2 Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum? Sic.

3 Vtrum Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile? Nō. Licet impassibili modo.

4 Vtrum si hoc sacramentum fuisset tempore mortis Christi seruatum, uel consecratum, ibi Christus moreretur? Sic. Per dolorem innatum, sed non illatum.

QVAESTIO XXIII.

De ministro sacramenti Eucharistiæ.

1 Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis? Sic.

2 Vtrum plures sacerdotes possint simul consecrare unam, & eandem hostiam? Sic. Referendo intentionem ad idem instans consecrationis: & seruando ritū Ecclesiæ.

3 Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem? Sic.

4 Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum? Sic. Et integrè, scilicet sub utraquè specie.

5 Vtrum malus sacerdos Eucharistiam cōsecrare possit? Sic. Licet consecrando peccet mortaliter.

6 Vtrum missa mali sacerdotis minus ualeat, quam boni? Non. Nisi quantum ad orationes; etiam mentales.

7 Vtrum hæretici, schismatici, & excommunicati possint cōsecrare? Sic. Licet, hoc faciendo, peccent mortaliter.

8 Vtrum

8 Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere? Sic. Licet peccet mortaliter.

9 Vtrum liceat ab excommunicatis, uel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere; & eorum Missam audire? Non. Differenter tamen, secundũ differentiam & hominum talium, & rerum illarum.

10 Vtrum liceat sacerdoti à consecratione Eucharistiæ omninò abstinere? Non. Etiam si non sit curatus.

QVAESTIO XXIIII.

De ritu sacramenti Eucharistię.

1 Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur? Sic. Incruentè.

2 Vtrum conuenienter determinatum sit celebrationis tempus? Sic. Regulariter tum quotidie; tum ab aurora usque ad nonam.

3 Vtrum hoc sacramentum debeat celebrari in domo, & uasis sacris? Sic.

4 Vtrum conuenienter ordinentur omnia, quæ circa hoc sacramentum dicuntur? Sic. Et singula. Secundum quod ab Ecclesia sunt instituta.

5 Vtrum omnia, quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia? Sic. Et singula. Secundum quod instituta sunt ab Ecclesia.

6 Vtrum, sufficienter possit occurri defecti

bus circa celebrationem huius sacramē ti occurrentibus, statuta Ecclesiæ obser uando? Sic. Statutis illis sano modo in tellectis.

QVAESTIO XXV.

De Pœnitentia, secundum quod est sacramentum.

1 Vtrum Pœnitentia sit sacramentum? Sic. Quæ in Ecclesia agitur.

2 Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti? Sic. Sed solum remota.

3 Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo? Sic. Et conuenientissima.

4 Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum? Non.

5 Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis? Sic. Lapsis in mortale post baptismum.

6 Vtrum Pænitentia sit secūda tabula post naufragium? Sic. Respectu status integritatis.

7 Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum? Sic. Secundum quòd est ibi institutum.

8 Vtrum Pœnitentia debeat durare usque ad finem uitæ? Sic. Interior.

9 Vtrum Pœnitentia debeat esse continua? Sic. Habitualiter, secundum duplicem considerationem .i. & quantum ad hoc, quòd non peccet mortaliter; & quantū

ad hoc, quòd in animo suo habeat hoc, quòd peccata præterita sibi semper displiceant.

10 Vtrum sacramentum Pœnitentiæ sit iterabile? Sic. Et pluries quidem.

QVAESTIO XXVI.

De Pœnitentia, secundum quòd est uirtus.

1 Vtrum Pœnitentia sit uirtus? Sic. Secundum quòd est tristitia de peccato, consistens in uoluntate intendente remouere illud.

2 Vtrum Pœnitentia sit specialis uirtus? Sic.

3 Vtrum Pœnitentia uirtus sit pars iustitiæ? Sic. Secundum quid, acceptæ.i. respectu superioris, s. Dei: cui offenso Pœnitentia satisfacere curat.

4 Vtrum uoluntas sit propriè subiectum pœnitentiæ? Sic. Non tamen secundum quòd pœnitentia est passio sensitiua: sed secundum quòd est uirtus.

5 Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore? Sic. Primum quidem ex seruili; proximum autem ex filiali.

6 Vtrum Pœnitentia sit prima uirtutum? Non. Nisi quantum ad aliquid, secundum ordinem temporis, i. quantum ad suum actum. Nā actus pœnitentiæ prius occurrit in iustificatione peccatoris quā actus aliarum uirtutum moralium.

QVAESTIO XXVII.

De effectu pœnitentiæ;quo ad peccata mortalia.

1 Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur?Sic. Per ueram:& quæcunque ſint illa.

2 Vtrum ſine pęnitentia peccatum remitti poſſit ? Non. Loquendo de peccato actuali;& de pœnitentia uirtute.

3 Vtrum poſſit per pœnitentiam unum peccatum mortale ſine alio remitti? Non.

4 Vtrum, remiſſa culpa per pœnitentiam, remaneat reatus pœnæ? Sic. Loquendo de pœna temporali: & communiter.

5 Vtrum,remiſſa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati?Non. Plerumque. Debilitantur tamen,& diminuuntur.

6 Vtrum remiſſio culpæ ſit effectus pœnitentiæ? Sic. Vt eſt uirtus;& principalius ut eſt ſacramentum.

QVAESTIO XXVIII.

De effectu pœnitentiæ,quò ad peccata uenialia.

1 Vtrum peccatum ueniale poſſit remitti ſine pœnitentia? Non. Vt pœnitentia eſt

est uirtus.i.displicentia de peccato:& ut est displicentia uirtualis.

2 Vtrum ad remissionem peccatorum uenialium requiratur gratiæ infusio? Non. Sed aliquis nouus motus gratiæ.

3 Vtrum uenialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedictę, & episcopalem benedictionem, & alia huiusmodi? Sic. Si tunc adsit motus liberi arbitrij in Deum, & in peccatum:illum reuerendo,istud detestando.

4 Vtrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali ? Non.

QVAESTIO XXIX.

De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

1 Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum? Non. Nisi secundum quid:& ratione ingratitudinis.

2 Vtrum peccata dimissa redeant per ingratitudinem:quæ specialiter est secundum quatuor genera peccatorum, scilicet odium fraternum,apostasiam à fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita ? Sic.

3 Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat semper tantus reatus, quantus fuerat peccatorum priùs dimissorum ? Non. Nisi loquamur de quantitate proportionali.

4 Vtrũ ingratitudo, ratione cuius sequens

peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit semper speciale peccatum? Non.

QVAESTIO XXX.

De recuperatione uirtutum per pœnitentiam.

1 Vtrum per pœnitentiam uirtutes restituantur? Sic. Et omnes.

2 Vtrum per pœnitentiam resurgat homo in æquali uirtute? Sic. Quandoque tamen in minori, uel maiori.

3 Vtrum per pœnitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem? Sic. Nisi sit dignitas innocentiæ: uel contra Ecclesiæ statuta.

4 Vtrum opera uirtutum facta in charitate possint mortificari? Sic. Per peccatum mortale.

5 Vtrum opera mortificata per pęnitentiã reuiuiscant? Sic.

6 Vtrum per pœnitentiam subsequentem possint etiam opera mortua uiuificari? Non.

QVAESTIO XXXI.

De partibus pœnitentię. Et primo in generali.

1 Vtrum pœnitentię debeãt partes assignari? Sic. Vt pœnitentia est sacramentũ.

2 Vtrum

2 Vtrum conuenienter assignentur partes pęnitentię contritio, confessio, & satisfactio? Sic.

3 Vtrum prædicta tria sint partes integrales pęnitentiæ? Sic.

4 Vtrum Pœnitentia conuenienter diuidatur in pęnitentiam ante baptismum, pęnitentiam mortalium, & pęnitentiam uenialium? Sic. Vt Pœnitentia est uirtus.

QVAESTIO XXXII. Aliàs 1.

De partibus pęnitentiæ, in speciali. Et primo de contritione.

1 Vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi? Sic. Quantum ad substantiam actus contritionis.

2 Vtrum contritio sit actus uirtutis? Sic. Sumpta secundum id ad quod.

3 Vtrum attritio possit fieri cōtritio? Non. Vt utraque dicit actum.

QVAESTIO XXXIII. al. 2.

De obiecto contritionis.

1 Vtrum homo debeat conteri de pœnis & non solum de culpa? Non potest conteri, sed dolere.

2 Vtrum contritio esse debeat de originali?

li? Non. Propriè. Sed diſplicentia uel dolor.

3 Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri?Sic.

4 Vtrum de peccatis futuris quis debeat cõteri?Non.Sed cauere.

5 Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno?Non. Vt eſt alienum.

6 Vtrum de ſingulis mortalibus requiratur contritio? Sic. Quantum ad principium contritionis.

QVAESTIO XXXIIII. al.3.

De quantitate contritionis.

1 Vtrum contritio ſit maior dolor qui eſſe poſſit in natura? Sic. Vt eſt in uoluntate.

2 Vtrum poſſit eſſe nimis magnus contritionis dolor?Non.Vt eſt in ratione.

3 Vtrum debeat eſſe maior dolor de uno peccato,quàm de alio? Sic. Saltem habitualiter.

QVAESTIO XXXV. al.4.

De tempore contritionis.

1 Vtrum tota hæc uita ſit contritionis tempus?Sic.

2 Vtrum expediat continuè de peccato dolere?Sic.Seruata prudentia.

3 Vtrum etiam poſt hanc uitam animæ de

peccatis

peccatis conterantur? Sic. Animę in purgatorio.

QVAESTIO XXXVI. al. 5.

De effectu contritionis.

1 Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus? Sic.

2 Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnę? Sic. Si sit, ad tantam sufficientiam, intensa.

3 Vtrum parua contritio sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum? Sic. Dummodò ad rationem contritionis sufficiat.

QVAESTIO XXXVII. al. 6.

De confessione, & eius necessitate.

1 Vtrum confessio sit necessaria ad salutem? Sic. Illius, qui mortali actuali tenetur.

2 Vtrum confessio sit de iure naturali? Nō. Sed de diuino.

3 Vtrum omnes ad confessionem teneantur? Sic. Duplici iure.

4 Vtrum aliquis possit confiteri peccatum quod non habet? Non.

5 Vtrū statim teneantur confiteri? Non. Nisi, quando communionem sumere uoluerint.

6 Vtrum possit cū aliquo dispensari, quod non

non confiteatur? Non. Nisi pro quanto obligat ex iure positiuo, tantum.

QVAESTIO XXXVIII. al. 7.

De confessionis quidditate.

1 Vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionem? Sic.

2 Vtrum confessio sit actus uirtutis? Sic. Potest tamen male fieri.

3 Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ uirtutis? Sic. Eliciuiuè.

QVAESTIO XXXIX. al. 8.

De ministro confessionis.

1 Vtrum sit necessarium confiteri sacerdoti? Sic. Vt ministro Christi.

2 Vtrum in aliquo casu liceat alii quam sacerdoti confiteri? Sic. Ita tamen, ut absolutionem non det.

3 Vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem uenialium audire? Sic. Non tamen absoluere.

4 Vtrum sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti? Sic.

5 Vtrum aliquis possit alteri, quàm proprio sacerdoti confiteri, ex priuilegio uel mandato superioris? Sic.

6 Vtrum pœnitens possit in fine uitæ à quolibet sacerdote absolui? Sic. Quando

do articulus necessitatis imminet.

7 Vtrum pœna taxetur secundum quantitatem culpę? Sic. Maxime in purgatorio.

QVAESTIO XL. al. 9.

De qualitate confessionis.

1 Vtrum confessio possit esse informis? Sic. Vt est pars sacramenti, non ut est actus uirtutis.

2 Vtrum oporteat confessionem esse integram? Sic.

3 Vtrum quis possit per alium uel per scriptum confiteri? Non. Nisi in aliquo determinato casu.

4 Vtrum conditiones assignatæ requirãtur ad confessionem? Sic. Aliæ de necessitate, aliæ de bene esse.

QVAESTIO XLI. al. 10.

De effectu confessionis.

1 Vtrum confessio liberet a morte peccati? Sic. Ex ui absolutionis coniunctæ.

2 Vtrum confessio liberet aliquo modo a pœna? Sic. Dupliciter.

3 Vtrum confessio aperiat Paradisum? Sic.

4 Vtrum confessio spem tribuat salutis? Sic.

5 Vtrum confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita? Sic. Loquendo,

de

de oblitis in casu, quo obliuio sufficienter excusat.

QVAESTIO XLII. al. 11.

De sigillo confessionis.

1 Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit? Sic. De necessitate sacramenti.

2 Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia quàm ad ea quæ sunt de confessione? Sic. Indirectè; dicta tamen in confessione.

3 Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis? Sic. Propriè: quidam alij participatiuè.

4 Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in confessione? Sic. Cum debita prudentia.

5 Vtrum ille qui scit aliquid per confessionem, & per alium modum etiam possit reuelare illud? Sic. Pro quanto scit illud, ut homo; & cum debita prudentia.

QVAESTIO XLIII. al. 12.

De satisfactione, & eius quidditate.

1 Vtrum satisfactio sit uirtus, uel actus uirtutis? Sic. Materialiter sumpta, & formaliter.

2 Vtrum

2 Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ? Sic. Vindicatiuæ.

3 Vtrum definitio satisfactionis in litera conuenienter ponatur? Sic. Secundum quod satisfactio præseruat a culpa futura.

QVAESTIO XLIIII. al. 13.

De satisfactionis possibilitate.

1 Vtrum homo possit Deo satisfacere? Sic. Sumendo ly satis, ut dicit æqualitatem proportionis.

2 Vtrum unus pro alio posit pœnam satisfactoriam explere? Sic. Quantum ad solutionem debiti: dummodo sit in charitate.

QVAESTIO XLV. al. 14.

De qualitate satisfactionis.

1 Vtrum homo possit de uno peccato satisfacere sine alio? Non. Alio in uoluntate retento.

2 Vtrum quis extra charitatem existens posit satisfacere de peccatis ante contritis? Non.

3 Vtrum ualere posit satisfactio præcedens, postquam charitatem habuerit? Non.

4 Vtrum bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria? Non. De condigno:

sed

ſed de congruo.

5. Vtrum opera prædicta ualeant ad mitigationem pœnarum infernalium? Non. Ad mitigationem aliquam poſitiuam; ſed quodammodo negatiuam.

QVAESTIO XLVI. al. 15.

De his per quæ fit ſatisfactio.

1. Vtrum oporteat fieri ſatisfactionem per opera pœnalia? Sic. Et quantum ad offenſam præteritam, & quantum ad culpam futuram.
2. Vtrum flagella preſentis uitæ ſint ſatisfactoria? Sic: Si patienter ad purgationem peccatorum acceptentur.
3. Vtrum conuenienter enumerētur opera ſatisfactoria? Sic. Videlicet eleemoſina, oratio, & ieiunium.

QVAESTIO XLVII. al. 16.

De ſuſcipientibus hoc ſacramentum.

1. Vtrum pœnitentia poſsit eſſe in innocentibus? Non; Niſi ſecundum habitum.
2. Vtrum ſancti homines qui ſunt in gloria habeant pœnitentiam? Sic: Secundum habitum; non ſecundum eundem actum, qui erat in uia.
3. Vtrum Angelus ſit ſuſceptiuus pœnitentiæ? Non; Niſi malus; ſed inutilis & inutiliter.

QVAE-

QVAESTIO XLVIII. al. 17.

De potestate clauium.

1 Vtrum claues in ecclesia esse debeant? Sic. Claues ministerij.
2 Vtrum clauis sit potestas ligandi, atque soluendi? Sic.
3 Vtrum sint duæ claues, uel una tantum? Sunt duæ. Distinctę secundum rationem.

QVAESTIO XLIX. aliàs 18.

De effectu clauium.

1 Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ? Sic. Instrumentaliter, etiam in uoto.
2 Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam? Sic. Quò ad temporalem, ex vi clauium.
3 Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit ligare? Sic. Ad pœnam determinatam.
4 Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare, & soluere? Non. Nisi vt stat sub diuino instinctu, tanquam Dei instrumentum.

QVAESTIO L. al. 19.

De miniſtris clauium.

1 Vtrum ſacerdos legalis claues habuerit? Non. Niſi in figura.
2 Vtrum Chriſtus clauem habuerit? Sic. Altiori modo, quàm miniſter ſuus.
3 Vtrum ſoli ſacerdotes habeant claues? Sic. Ordinis, non iuriſdictionis.
4 Vtrum etiam ſancti homines non ſacerdotes claues habeant? Non. Ordinis: quantumcunque habeant de gratia.
5 Vtrum mali ſacerdotes vſum clauium habeant? Sic.
6 Vtrum hæretici, ſchiſmatici, & excommunicati vſum clauium habeant? Non. Ex defectu materiæ: non poteſtatis, quantum ad eſſentiam.

QVAESTIO LI. al. 20.

De his in quos vſus clauium exerceri poteſt.

1 Vtrum ſacerdos poſſit uti claue, quam habet in quemlibet hominem? Non. Niſi in ſibi ſubditos dempto neceſſitatis articulo.
2 Vtrum ſacerdos poſſit ſemper ſuũ ſubditum abſoluere? Sic. De quibus habet, iuriſdictionem.
3 Vtrũ aliquis vti poſſit clauibus in ſuum ſuperio-

superiorem? Non. Nisi ex auctoritate superioris.

QVAESTIO LII. al. 21

De excommunicatione.

1 Vtrum competens sit hæc definitio excommunicationis? Est.
2 Vtrum ecclesia debeat aliquem excommunicare? Sic.
3 Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari? Potest. Sed non debet, nisi quibusdam adiunctis.
4 Vtrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum? Habet. Dummodo non sit nulla.

QVAESTIO LIII. al. 22.

De his qui possunt excommunicare.

1 Vtrum quilibet Sacerdos possit excommunicare? Non. Nisi habeat iurisdictionem in foro exteriori.
2 Vtrum non Sacerdotes excommunicare possint? Sic. Si habeant iurisdic. in foro contentioso.
3 Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare? Non. Si iste sit suspensus a iurisdictione.
4 Vtrum aliquis possit seipsum vel æqualem, vel superiorem excommunicare? Nullus.

5 An in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit? Non. Quamuis in singulos de uniuersitate.

6 Vtrum ille qui semel est excommunicatus excommunicari possit vlterius? Sic. Ex eodem facto, vel alio.

QVAESTIO LIIII. al. 23.

De participatione cum excommunicatis.

1 Vtrum excommunicato liceat communicare in pure corporalibus? Non. Excommunicato maiori, nisi in quibusdã casibus.

2 Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus? Sic. Quandoque maiori, quandoque tantum minori.

3 Vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale? Non semper. Probabilius loquendo: sed tantum in tribus casibus.

QVAESTIO LV. al. 24.

De absolutione ab excommunicatione.

1 Vtrum quilibet Sacerdos possit subditũ suum ab excommunicatione absoluere? Non. Nisi à minori.

2 Vtrum aliquis possit absolui inuitus ab excommunicatione? Sic.

3 Vtrum

3 Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione nisi absoluatur ab omnibus? Sic.

QVAESTIO LVI. al. 25.
De indulgentia secundum se.

1 Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria? Sic. De iniuncta;& de non iniuncta, tum in foro Dei, tum in foro Ecclesiæ.
2 Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum pronunciatur? Sic. Simpliciter: stante authoritate in dante, charitate in recipiente, pietate in causa.
3 Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia? Sic. Vt temporale ordinatur ad spirituale.

QVAESTIO LVII. al. 26.

De his qui possunt indulgentias facere.

1 Vtrum Sacerdos parochialis possit indulgentias facere? Non. Vt sacerdos parochialis.
2 Vtrum Diaconus possit indulgentias facere? Sic. Si habeat iurisdictionem requisitam ad hoc.
3 Vtrum Episcopus possit indulgentias facere? Sic. Romanus plenè, alij secundum quòd est eis taxatum.
4 Vtrum ille qui est in peccato, possit indulgentias facere? Sic.

QVAESTIO LVIII. al. 27.

De his quibus valent indulgentiæ.

1 Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali? Non. Nisi communicatio bonorum fiat per alium modũ.
2 Vtrum indulgentiæ ualeant Religiosis? Sic.
3 Vtrum ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari? Non.
4 Vtrum indulgentia valeat ei, qui facit eam? Sic. Vtendo ea, quam pro alijs facit.

QVAESTIO LIX. al. 28.

De solenni ritu pœnitentiæ.

1 Vtrum aliqua pœnitentia debeat publicari uel solennizari? Sic.
2 Vtrum solennis pœnitẽtia iterari possit? Non.
3 Vtrum pœnitentia solennis sit imponenda mulieribus &c? Sic. Et viris, non tamen clericis; & tantum ad Episcopo.

QVAESTIO LX. al. 29.

De sacramento extremæ Vnctionis.

1 Vtrũ extrema vnctio sit sacramẽtũ? Sic.

Vtrum

2 Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum? Sic. Vnitate perfectionis.
3 Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum? Sic. Per seipsum.
4 Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti? Sic.
5 Vtrum oporteat oleum esse consecratum? Sic.
6 Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopũ? Sic.
7 Vtrum hoc sacramentum habeat aliquã formam? Sic. Determinatam.
8 Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiuam? Per deprecatiuam.
9 Vtrum oratio prædicta sit competens forma huius sacramenti? Sic.

QVAESTIO LXI. al. 30.

De effectu huius sacramenti.

1 Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum? Sic. Ex consequenti: principaliter tamen ad reliquias eorum.
2 Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti? Sic. Quando expedit.
3 Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem? Non.

QVAESTIO LXII. al. 31.

De miniſtro huius ſacramenti.

1 Vtrum laicus poſſit hoc ſacramentum conferre? Non.
2 Vtrum Diaconi poſſint hoc ſacramentũ conferre? Non.
3 Vtrum ſolus Epiſcopus poſſit hoc ſacramentum conferre? Non. Sed & ſimplex ſacerdos.

QVAESTIO LXIII. al. 32.

Quibus hoc ſacramentum conferri debet,& in qua parte.

1 Vtrum hoc ſacramentum ſanis conferri poſſit? Non.
2 Vtrum hoc ſacramentum debeat dari in qualibet infirmitate? Non. Niſi ex infirmitate ſint in ſtatu exeuntium.
3 Vtrum hoc ſacramentum dari debeat furioſis? Non. Niſi in ſtatu lucidi interualli.
4 Vtrum hoc ſacramentum dari debeat pueris? Non.
5 Vtrum in hoc ſacramento totum corpus debeat vngi? Non.
6 Vtrum conuenienter determinentur iſtę partes vngendæ? Sic. Organa quinque ſenſuum,pędes,renes.
7 Vtrum mutilati debeant inungi illis unctioni-

unctionibus? Sic. Quantò propinquius fieri potest ad partes illas.

QVAESTIO LXIIII. al. 33.

De iteratione huius sacramenti.

1 Vtrum hoc sacramentum debeat iterari? Potest.
2 Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari? Non. Nisi sit de diuturnis.

QVAESTIO LXV. al. 34.

De sacramento ordinis quò ad eius essentiam,& eius partes.

1 Vtrum ordo in ecclesia esse debeat? Sic. Et ibi positus à Deo.
2 Vtrum conuenienter ordo definiatur? Sic. A magistro: secundum quòd est ecclesiæ sacramentum.
3 Vtrum ordo sit sacramentum? Sic. Indubitanter.
4 Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur? Sic.
5 Vtrum hoc sacramentum habeat materiam? Sic. Magis determinandam, quã ad causandam, potestatem.

QVAESTIO LXVI. al. 35.

De effectu huius sacramenti.

1 Vtrum sacramento ordinis conferatur

gratia gratum faciens ? Sic.

2 Vtrum in sacramento ordinis character imprimatur quantum ad omnes ordines ? Sic.

3 Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem ? Sic. De necessitate etiam sacramenti.

4 Vtrum character ordinis præsupponat characterem Confirmationis? Sic. De congruitate.

5 Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis de necessitate præcepti, tantum.

QVAESTIO LXVII. al. 36.

De qualitate suscipientium.

1 Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas uitæ ? Sic. De necessitate præcepti, tantum.

2 Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ ? Non. Nisi secundum quòd requiritur ad officium eius.

3 Vtrum pro merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur ? Non.

4 Vtrum promouens ad ordines indignos peccet ? Sic. Et mortaliter.

5 Vtrum quis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti ? Non. Sine mortali.

QVAESTIO LXVIII. al. 37.

De distinctione ordinum.

1 Vtrum debeant plures ordines distingui? Sic. Propter tria.

2 Vtrũ sint septem ordines? Sic. Et vnus est dignior alio secundum relationem ad Euchariſtiam.

3 Vtrum ordines debeant distingui per sacros & non sacros? Sic. Vt ly sacer cadit super materiam tractatam.

4 Vtrum actus ordinum conuenienter assignentur? Sic. Tum principales, tum minus principales.

5 Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione? Sic. Calicis scilicet cum vino, & patena superposita cum pane, sub forma determinata verborum.

QVAESTIO LXIX. al. 38.

De conferentibus hoc sacramentum.

1 Vtrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat? Sic. Ex officio suo.

2 Vtrum hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre? Sic. Quantum ad characterem: sed peccant, & gratiam non dant.

QVAESTIO LXX. al. 39.

De impedimentis huius sacramenti.

1 Vtrum sexus fœmineus ordinis susceptionem impediat? Sic. Etiam quòd exhiberentur ei omnia, quæ in ordinibus fiunt.

2 Vtrum pueri carentes vsu rationis ordines possint suscipere? Sic. Quò ad minores licitè, in casu; quò ad maiores, nõ sine peccato.

3 Vtrum seruitus impediat aliquem à susceptione ordinis? Sic. Characterem tamen suscipit, si ordinatur.

4 Vtrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi? Sic. Tamen characterem recipit; si ordinatur.

5 Vtrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri? Sic. De necessitate præcepti, non sacramenti.

6 Vtrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri? Sic. Si sit notabilis, uel periculum in executione facere potens.

QVAESTIO LXXI. al. 40.

De his quæ annexa sunt sacramento ordinis.

1 Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre? Sic. Per modum coronæ; & rasurã.

2 Vtrum

2 Vtrum corona sit ordo? Non. Sed præãbulum ad ordinem.

3 Vtrum per receptionem coronæ renuncietur temporalibus bonis? Non. Nec etiam patrimonio.

4 Vtrum supra Sacerdotalem ordinem debeat esse potestas Episcopalis? Sic. Quò ad actum secundarium solùm sacerdotis.

5 Vtrum Episcopatus sit ordo? Nõ. Nisi, ut officium quoddam respectu quarumcunq; rerum sacrarum.

6 Vtrum super Episcopos aliquis esse possit superior in Ecclesia? Potest. Et oportet.

7 Vtrum vestes ministrorum cõuenienter sint institutæ? Sic.

QVAESTIO LXXII. al. 41.

De sacramento matrimonij, quod est in officium naturæ.

1 Vtrum matrimonium sit de iure naturali? Sic. Secundum quòd ius naturale est, ad quod natura inclinat.

2 Vtrum matrimonium cadat sub præcepto? Non. Nisi respectu multitudinis: etiam secundum philosophos.

3 Vtrum actus matrimonij sit licitus? Sic.

4 Vtrum actus matrimonij sit meritorius? Sic. In habente gratiam.

QVAESTIO LXXIII. al. 42.

De matrimonio inquantùm est sacramentum.

1 Vtrum matrimonium sit sacramentum? Sic.

2 Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatum? Sic. Et post, ratione diuersorum.

3 Vtrum matrimonium cōferat gratiam? Sic. Si sit contractum in fide Christi.

4 Vtrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij? Non. Nisi de secunda.

QVAESTIO LXXIIII. aliàs 43.

De matrimonio quantum ad sponsalia.

1 Vtrum spōsalia sint futurarum nuptiarū promissio? Sic.

2 Vtrum tempus septennij sit legitimè assignatum sponsalibus cōtrahendis? Sic.

3 Vtrum sponsalia dirimi possint altero ad religionem intrante? Sic. Et in alijs 7. casibus, sed diuersimodè.

QVAESTIO LXXV. aliàs 44.

De matrimonij definitione.

1 Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis? Sic.

2 Vtrum matrimonium congruè nominetur? Sic. Et coniugium, & nuptiæ.
3 Vtrum matrimonium conuenienter definiatur? Sic. Tripliciter.

QVAESTIO LXXVI. aliàs 45.

De consensu matrimonij.

1 Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij? Sic.
2 Vtrum oporteat cōsensum per uerba de præsenti exprimi? Sic. Vel per æquiualentia.
3 Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium? Non. Sed sponsalia.
4 Vtrum consensus expressio per uerba, si desit interior consensus faciat matrimonium? Non.
5 Vtrum consensus in occulto per uerba de præsenti faciat matrimonium? Nō. Quando sunt illegitimatę personę (ut est hodie.)

QVAESTIO LXXVIII. al. 46.

De consensu cui aduenit iuramentum uel copula carnalis.

1 Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium? Non.
2 Vtrum carnalis copula post verba de futuro

turo consensum exprimentia faciat matrimonium ? Non. Secundum rei ueritatem: neque etiam secundum præsumptionem iuris (loquendo hodie.)

QVAESTIO LXXIX. al. 47

De consensu coacto.

1 Vtrum aliquis consensus possit esse coactus ? Non. Nisi coactione conditionata.
2 Vtrum aliqua coactio cadat in constantẽ virum ? Sic. Ad vitandum maius malum solum.
3 Vtrum consensus coactus tollat matrimonium ? Sic. Si sit coactus coactione cadente in constantem virum.
4 Vtrum consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium ? Non.
5 Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium ? Sic. Nisi conditio sit contraria matrimonio, aut de futuro contingens.
6 Vtrũ aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum? Non. Nisi pro quanto alia causa connexa suaderet.

QVAESTIO LXXX. al. 48.

De obiecto consensus.

1 Vtrum cõsensus qui facit matrimonium sit

sit consensus in carnalē copulam ? Nō. Nisi implicitè.

2 Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquā propter causam inhonestam ? Sic. Si causa sit per accidens respectu matrimonij, non per se.

QVAESTIO LXXXI. al. 49.
De bonis matrimonij.

1 Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium ? Sic.

2 Vtrum bona matrimonij sufficienter assignentur ? Sic.

3 Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij? Sic. Si exponatur ly principalius, i. dignius, non semper, si exponatur. i. essentialius.

4 Vtrum actus matrimonij excusetur per bona prædicta ? Sic Ex parte actus.

5 Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij ? Non. Saltem à peccato ueniali.

6 Vtrum cognoscens vxorem nō intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem, mortaliter peccet ? Sic. si intendatur delectatio extra limites matrimonij.

QVAESTIO LXXXII. al. 50.
De impedimentis matrimonij in generali.

1 Vtrum in matrimonio conuenienter impedimenta

pedimenta assignentur? Sic. Cùm alia assignentur, ut impedientia tãtum, alia ut dirimentia etiam.

QVAESTIO LXXXIII. al. 51.

De impedimento erroris.

1 Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij? Sic. Et de iure naturali.

2 Vtrum omnis error matrimonium impediat? Non. Nisi sit personæ, & seruitutis.

QVAESTIO LXXXIIII. al. 52.

De impedimento conditionis seruitutis.

1 Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium? Sic. Si ignoretur.

2 Vtrum seruus possit contrahere matrimonium sine consensu domini? Sic. Etiam domino nolente & contradicente.

3 Vtrũ seruitus matrimonio possit superuenire? Sic. Absque dissolutione uinculi matrimonij.

4 Vtrum filij debeant sequi conditionem patris? Non. Nisi in pertinentibus ad dignitatem, ex forma rei.

QVAESTIO LXXXV. al.53.

De impedimento uoti & ordinis.

1 Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractũ dirimi debeat? Non. Licet impediatur contrahẽdum.
2 Vtrum votum solenne dirimat matrimonium iam contractum? Sic. Ex natura sua.
3 Vtrum ordo impediat matrimonium? Sic. Ex constitutione Ecclesiæ: licet etiã ex sui natura impedire debeat.
4 Vtrum ordo sacer matrimonio possit superuenire? Sic.

QVAESTIO LXXXVI al.54.

De impedimento consanguinitatis.

1 Vtrum definitio cõsanguinitatis sit competens? Sic.
2 Vtrum conueniẽter consanguinitas distinguetur per gradus, vel lineas? Sic. Aliter tamen secundum canones, aliter secundum leges.
3 Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium? Sic. Quantũ ad aliquas: de iure diuino, quantum ad aliquas; de positiuo, quantum ad alias.
4 Vtrum consanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerunt taxari ab ecclesia? Sic. Et diuersimode, prudenter secundum diuersa tempora.

QVAE-

QVAESTIO LXXXVI. al. 55.

De impedimento affinitatis.

1 Vtrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur? Sic.

2 Vtrum affinitas maneat post mortem viri vel vxoris? Sic. Manentibus illis personis, inter quas contracta fuerat.

3 Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet? Sic. Vt habet de commixtione seminum apta nata ad generationem.

4 Vtrum ex sponsalibus affinitas causetur? Non. Sed quid simile.

5 Vtrum affinitas sit causa affinitatis? Nō. Sed parentelæ alterius generis.

6 Vtrum affinitas matrimonium impediat? Sic. Et dirimit.

7 Vtrum affinitas habeat per se gradus? Non. Sed mediatè, mediante consanguinitate.

8 Vtrum gradus affinitatis extēdatur sicut gradus consanguinitatis? Sic. Et necessariò.

9 Vtrum coniugium contractum inter affines uel consanguineos semper sit dirimendum? Sic. Et pertinet ad ecclesiam.

10 Vtrum ad separationem matrimonij cōtracti inter affines & consanguineos sit procedendum per viam accusationis? Sic. Quando falsò æstimatur legitimū.

11 Vtrum ad separationem matrimonij cōtracti

tracti inter affines. & cõsanguineos procedi debeat per testes? Sic. Salsus quibusdam specialibus hic inuentis.

QVAESTIO LXXXVII. al. 56. De impedimento cognationis spiritualis.

1 Vtrum spiritualis cognatio impediat matrimonium? Sic. Ecclesiæ statuto.
2 Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur? Non. Sed etiam per confirmationem (tanquam impediens, & dirimens,) & per catechismum (tanquam impediens solũ.)
3 Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramẽtum baptismi, & leuantem de sacro fonte? Sic. Et idem de confirmatione.
4 Vtrum cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem? Sic. Quando vir actu proprio fit compater, & cognouit vxorem.
5 Vtrum cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patris spiritualis? Sic. Et fraternitas spiritualis impedit (sed non hodie.)

QVAESTIO LXXXVIII. al. 57. De cognatione legali quæ est per adoptionem.

1 Vtrum adoptio conuenienter definiatur? Sic.

2 Vtrum adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium? Sic. Ex statuto ecclesiæ.

3 Vtrum cognatio legalis contrahatur solùm inter adoptātem patrem,& filium adoptatum? Non.

QVAESTIO LXXXIX. al. 58.

De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, & amentiæ.

1 Vtrum frigiditas matrimonium impediat? Sic. Perpetua.

2 Vtrum maleficium possit impedire matrimonium? Sic. Perpetuum.

3 Vtrum furia impediat matrimonium? Sic. Pręcedens, in furia contractum.

4 Vtrum incestus quo cognoscit quis sororem vxoris suæ matrimonium dirimat? Sic. Pręcedens: aliàs tollit ius petendi debitum solum.

5 Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium? Sic. Tollens sufficientem deliberationem de matrimonio,& potentiam reddendi mutuò debitum.

QVAESTIO XC. al. 59.

De disparitate cultus, quæ matrimonium impediat.

1 Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli? Non. Si sint disparis cultus, & præcedentis contractum.

2 Vtrum

2 Vtrum inter infideles poſſit eſſe matrimonium? Sic. Non tamen ratum.

3 Vtrum coniunx conuerſus ad fidê poſſit commanere cum uxore nolente conuerti? Poteſt. Cum ſpe conuerſionis: ſed non tenetur.

4 Vtrum fidelis conuerſus poſſit vxorem infidelem dimittere uolentem cohabitare ſine contumelia creatoris? Sic. Non tamen tenetur.

5 Vtrum fidelis diſcedens ab vxore infideli poſſit aliam ducere? Non. Niſi infidelis nolit cohabitare ſine contumeliæ creatoris.

6 Vtrum alia uitia ſoluant matrimonium? Sic. Si fornicatio corporalis ſoluit, quò ad actum tantum: & matrimonium ratum ſuperueniens matrimonio nõ rato, ſtante altero in infidelitate, ſoluit quo ad uinculum etiam.

QVAESTIO XCI. al. 60.

De vxoricidio.

1 Vtrum liceat vxorem interficere inuentum in actu adulterij? Non. Secundum legem conſcientiæ, auctoritate propria.

2 Vtrum vxoricidium impediat matrimonium? Sic. Ex ſtatuto eccleſiæ, quandoque etiam dirimit.

QVAESTIO XCII. al. 61.

De impedimento matrimonij quod est uotum solenne.

1 Vtrum alter cōiugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare? Non.

2 Vtrum alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religioné intrare? Sic.

3 Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam viro suo religionem intrante? Sic. Et professo.

QVAESTIO XCIII. al. 62.

De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio.

1 Vtrum propter fornicationē liceat viro uxorem dimittere? Sic. Nisi in septem casibus.

2 Vtrũ uir teneatur ex præcepto uxorem fornicantem dimittere? Sic. Nisi uxor de peccato pœniteat.

3 Vtrum uir proprio iudicio posśit uxorem fornicantem dimittere? Sic. Quo ad thorum tantum.

4 Vtrum uir & uxor in causa diuortij debeant ad paria iudicari? Sic. Non tamen pariter.

5 Vtrum post diuortium uir alteri nubere possit? Non. Neque uxor.

6 Vtrum post diuortiũ uir & uox possint reconciliari? Sic. Si uxor pęnitens fuerit emendata:

QVAESTIO XCIIII. al. 63.

De secundis nuptiis.

1 Vtrum secundæ nuptię sint licitæ? Sic. Et deinceps.

2 Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum? Sic. Et deinceps.

QVAESTIO XCV. al. 64.

De annexis matrimonio. & debiti redditione.

1 Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti? Sic. In spectantibus ad generationem, salua sanitate personæ.

2 Vtrum uir teneatur reddere debitum uxori non petenti? Non. Nisi interpretatiuè saltem petat.

3 Vtrum uir & mulier sint in actu matrimoniali æquales? Non. Nisi secundum ęqualitatem proportionis.

4 Vtrum uir & uxor possint emittere uotum contra debitum matrimonij sine mutuo consensu? Non. Nisi quantum est de suo.

5 Vtrum

5 Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti? Sic.

6 Vtrum petens debitum tempore sacro mortaliter peccet? Non.

7 Vtrum unus coniux teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo? Sic. Et quacunque hora: salua honestate in talibus debita requisita.

QVAESTIO XCVI. al. 65.

De bigamia.

1 Vtrum habere plures uxores sit contra legem naturæ? Sic. Quodammodo.

2 Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures uxores? Non. Nisi ex dispensatione diuina.

3 Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ? Sic.

4 Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale? Sic. Indubitanter, etiam si lex scripta non esset.

5 Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere? Non. Matrimonio non iunctam: nec etiam ex dispensatione.

QVAESTIO XCVII. al. 66.

De bigamia & irregularitate ex ea contracta.

1 Vtrum bigamiæ irregularitas sit annexa? Sic.

2 Vtrum

2 Vtrum irregularitas sit annexa bigamiæ quæ contingit ex hoc quod homo habet duas uxores, unam de iure & alterã de facto? Sic. Quasi diminute.

3 Vtrum contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis duxit uxorem non uirginem? Sic.

4 Vtrum bigamia soluatur per baptismũ? Non.

5 Vtrum cum bigamo liceat dispensare? Papa potest totaliter: sed episcopus alius quantum ad minores tantum; etiã ad plus in casu (secundum quosdam.)

QVAESTIO XCVIII. al. 67.

De libello repudij.

1 Vtrum inseparabilitas uxoris sit de lege naturæ? Sic.

2 Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem uxorem dimittere? Non. Quo ad uinculum: nisi per dispensationem solum Dei.

3 Vtrũ sub lege Moysi licitum fuerit uxorem dimittere? Non. Nisi quo ad euasionem pœnæ (secundum communiorem opinionem.)

4 Vtrum licebat uxori repudiatæ alium uirum habere? Non. Secundum communiorem opinionem.

5 Vtrum licebat uiro repudiatam a se accipere? Non.

6 Vtrum causa repudii sit odium uxoris?

Sic

Sic. Et alia multa.

7 Vtrum causæ repudii debebant in libello scribi?Sic.In generali tantum.

QVAESTIO XCIX. al.68.

De filiis illegitimè natis.

1 Vtrum filii qui nascuntur extra uerum matrimonium sint legitimi?Non.

2 Vtrum filii illegitimi debeant aliquod damnum reportare? Non. Nisi negatiuum.

3 Vtrum filius illegitimus possit legitimari? Sic. Aliquo sex modorum.

QVAESTIO C. al.69.

De his quæ spectant ad resurrectionem, & primò de loco animarum post mortem.

1 Vtrum assignentur receptacula animab. post mortem?Sic Secundum congruentiam dignitatis earum.

2 Vtrum statim post mortem animæ ducantur ad cœlum,uel ad infernum? Sic. Nisi a cœlo retardentur per purgatorium.

3 Vtrum animæ existentes in paradiso,uel in inferno,egredi ualeant? Non., Simpliciter: si talibus locis deputatæ fuerint finaliter, seu per sententiam diffinitiuam.

4 Vtrum

4 Vtrum limbus inferni ſit idem, quod ſinus Abrahæ? Sic. Per accidens; ante Chriſti aduentum, tantum.

5 Vtrum limbus idem ſit quòd infernus damnatorum? Non. Niſi forte aliquo modo ſecundum ſitum.

5 Vtrum limbus puerorum ſit idem, quod limbus patrum? Non. Niſi forte aliquo modo ſecundum ſitum.

7 Vtrum debent tot receptacula diſtingui? Sic. Vt ante Chriſtum fuerint quinq; poſt ſint quatuor.

QVAETSIO CII. al. 70.

De qualitate animæ exeuntis a corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo.

1 Vtrum in anima ſeparata remaneant potentiæ ſenſitiuæ? Non. Niſi ut in radice.

2 Vtrum in anima ſeparata remaneant actus ſenſitiuarum potentiarum? Non. Niſi ut in radice.

3 Vtrum anima ſeparata pati poſſit ab igne corporeo? Sic. Et oportet hoc dicere.

QVAESTIO CIII. al. 71.

De ſuffragiis mortuorum.

1 Vtrum ſuffragia per unum facta aliis pro

desse possint? Sic. Ad remissionem pœnæ,& ad quædam alia.

2 Vtrum mortui possint iuuari ex operib. uiuorum? Sic. Ad diminutionem pœnæ non mutationem in gratiam.

3 Vtrum suffragia facta per peccatores mortuis prosint? Sic. Si fiant in persona alterius charitatem habentis.

4 Vtrum suffragia quæ a uiuis pro mortuò fiunt, facientibus prosint? Sic. Vt meritoria, non ut satisfactoria.

5 Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno? Non.

6 Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio? Sic. Absque dubio.

7 Vtrum suffragia ualeant pueris in limbo existentibus? Non.

8 Vtrum suffragia prosint sanctis existentibus in patria? Non.

9 Vtrum orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis? Sic. Præcipuè; non tamen solum ista.

10 Vtrum indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis? Sic. Si hoc fit in forma indulgentiæ.

11 Vtrum cultus exequiarum defuncto prosint? Sic. Vel per se, uel per accidens.

12 Vtrum suffragia quæ fiunt pro uno defuncto, magis illi prosint pro quo fiunt, quã aliis? Sic. Quo ad satisfactionẽ pro pœna.

13 An suffragia facta pro multis tantundẽ valeãt singulis, ac si specialiter pro uno quoque fierent? Non. Si considerentur,

vt

vt satisfactiones.

14 Vtrum tantum ualeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt specialia & communia simul? Non. Si specialiter pro uno facta nō prosint indifferenter omnibus.

QVAESTIO CIII. al.72.

De oratione respectu sanctorum qui sunt in patria.

1 Vtrum sancti orationes nostras cognoscant? Sic. Etiam mentales, pertinentes ad eos.

2 Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis? Sic. Et hoc requirit ordo legis diuinæ.

3 Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusæ semper exaudiantur? Sic. Quantum est ex parte illorum.

QVAESTIO CIIII. al.73.

De signis quæ iudicium præcedent.

1 Vtrum aliqua signa præcedent aduentū Domini ad iudicium? Sic.

2 Vtrum Sol & Luna obscurabuntur circa iudicium? Sic. Tempore propinquo ante.

3 Vtrum uirtutes cœlorum Domino ueniente commoueantur? Sic. Tum communiter,

muniter, tum ſpecialiter acceptæ, & triplici commotione.

QVAESTIO CV. al. 74.

De igne ultimæ conflagrationis.

1 Vtrum mundi purgatio ſit futura? Sic. A duabus corruptionib.

2 Vtrum mundi purgatio ſit futura per ignem? Sic. Conuenientiſſimè.

3 Vtrum ignis, quo mundus purgabitur, ſit eiuſdem ſpeciei cum igne elementari? Sic. Et ſimpliciter hoc fatendum eſt.

4 Vtrum ignis ille purgabit etiam cœlos ſuperiores? Non.

5 Vtrum ignis ille alia elementa conſumet? Non. Quantum ad ſubſtantiam.

6 Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur? Non. Sed uſque ad mediã aeris regionem.

7 Vtrum ignis ultimæ conflagrationis iudicium debeat ſequi? Non. Niſi quo ad inuoluere reprobos.

8 Vtrum ille ignis habiturus ſit talem effectum in hominibus qualis deſignatur? Sic. Et ut agens naturale, & ut inſtrumẽtum diuinæ iuſtitiæ.

9 Vtrum ille ignis inuoluet reprobos? Sic. Intrudens, ipſos in infernum cum omnibus omnium fœditatibus.

QVAE-

QVAESTIO CVI. al. 75.

De resurrectione.

1 Vtrum corporum resurrectio sit futura? Sic? Necessario.

2 Vtrum resurrectio erit omnium generaliter? Sic. Necessariò.

3 Vtrum resurrectio sit naturalis? Non. Nisi secundum quid: simpliciter enim est miraculosa.

QVAESTIO CVII. al. 76.

De causa resurrectionis.

1 Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis? Sic. Efficiens, & exēplaris.

2 Vtrum uxor tubæ sit causa nostræ resurrectionis? Sic. Per modum executionis iudicialis.

3 Vtrum ad resurrectionem angeli operentur? Non. Nisi quantum ad collectionē cinerum, & præparationem eorundem ad reparationem corporum.

QVAESTIO CVIII. al. 77.

De tempore & modo resurrectionis.

1 Vtrum tempus nostræ resurrectionis differri debeat usque ad finem mundi? Sic.

Secundum ordinem statutum rebus a diuina prouidentia.

2 Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum? Sic.

3 Vtrum resurrectio futura sit in noctis tẽpore? In crepusculo.

4 Vtrum resurrectio futura sit subito uel successiuè? Subito.i.in instanti propriè, quantum ad factum a Deo: successiuè, in tempore nobis imperceptibili: quantum ad factum ab Angelis.

QVAESTIO CIX. al. 78.

De termino resurrectionis.

1 Vtrum mors erit terminus a quo resurrectionis in omnibus? Sic. Secundum communiorem & securiorem opinionem.

2 Vtrum resurrectio omnium erit a cineribus? Sic. De iure communi.

3 Vtrum pulueres illi', ex quibus humanũ corpus reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalẽ ad animã quæ eis coniungetur? Non. Nisi ex ordine diuinæ prouidentiæ.

QVAESTIO CX. al. 79.

De conditionibus resurgentium, & primo de eorum identitate.

1 Vtrum in resurrectione anima idẽ corpus

pus numero resumat? Sic. Et dicere con trarium est ignorare propriam uocem.

2 Vtrum sit idem numero homo qui resur get? Sic. Et contrarium est hæresis.

3 Vtrum pulueres humani corporis ad eã partem corporis quæ in eos dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat? Sic. Quantum ad veritatem naturæ humanæ requiritur.

QVAESTIO CXI. al. 80.

De integritate corporum resurgentium.

1 Vtrum omnia membra humani corporis resurgant? Sic.

2 Vtrum capilli & ungues resurgent in humano corpore? Sic.

3 Vtrum humores in corpore resurgent? Sic. Scilicet sanguis, flegma, colera, melancolia.

4 Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ resurget in ipso? Sic.

5 Vtrum quicquid fuit materialiter in mẽbris hominis totum resurget? Sic. Seruata tamen debita quantitate hominis, figurã, situ, ordine partium.

QVAESTIO CXII. al. 81.

De qualitate resurgentium.

1 Vtrum omnes resurgent in eadem ætate? Sic. In iuuenili, vt dicit perfectionem, non numerum annorum.

2 Vtrum omnes resurgent eiusdem staturæ? Non. Sed in qua fuissent in termino augmenti, natura non errante.

3 Vtrum omnes resurgent in sexu uirili? Non. Absente tamen omni confusione, omniq; honestate innocentissima semper concomitante, quo ad bonos.

4 Vtrum omnes resurgent in uita animali? Nullus.

QVAESTIO CXIII. al 82.

De conditionibus beatorum resurgentium.

1 Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia? Sic. Passione proprie dicta.

2 Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis? Non. Secundum causam impassibilitatis secus secundum se.

3 Vtrum impassibilitas sensum in actu à corporibus gloriosis excludat? Non. Si tamen excludatur ibi immutatio naturalis.

4 Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu? Sic.

QVAESTIO CXIIII. al. 83.

De subtilitate corporum beatorum.

1 Vtrum subtilitas sit proprietas corporis gloriosi? Sic. Propter completissimam corporis perfectionem.

2 Vtrum ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco cum alio non glorioso? Non.

3 Vtrum per miraculum fieri possit quòd duo corpora sint in eodem loco? Sic. Et solùm per miraculum.

4 Vtrum vnū corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco? Sic. Miraculose tantum: nunquam tamen fiet hoc.

5 Vtrum ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorioso necessitas existendi in æquali loco? Non. Nec per miraculum unquam remouebitur.

6 Vtrum corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile? Non. Licet per miraculum non palpetur à corpóre non glorioso, quandocunque noluerit.

QVÆSTIO CXV. al. 84.

De agilitate corporum beatorum.

1 Vtrum corpora gloriosã sint futura agilia? Oportet quòd sint.
2 Vtrum sancti agilitate sua nonnunquam vtantur, ita quòd moueantur? Sic. De terra ad cœlum; & in cœlo pro libito suo.
3 Vtrũ sancti moueantur in instanti? Non. Sed in tempore nobis imperceptibili; & vnus aliò citius.

QVAESTIO CXVI. al. 85.

De claritate corporum beatorum.

1 Vtrũ corporibus gloriosis claritas conueniat? Sic. Per redundantiam gloriæ animæ in corpus.
2 Vtrum claritas corporis gloriosi possit videri à non glorioso oculo? Sic. Naturaliter.
3 Vtrũ corpus gloriosum necessariò videatur à corpore non glorioso? Non. Sed secundũ quòd volet anima glorificata.

QVAESTIO CXVII. al. 86.

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium.

1 Vtrum corpora damnatorum cum suis defor-

deformitatibus resurgent? Non. Nisi cum deformitatibus causatis ex principijs naturalibus (vt passibilitas, ponderositas &c.)

2 Vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia? Non.

3 Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia? Non. Passione animæ.

QVAESTIO CXVIII. al. 87.

De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum.

1 Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quæ fecit? Sic.

2 Vtrum quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius? Sic.

3 Vtrum omnia merita vel demerita propria vel aliena vno intuitu ab aliquo videantur? Sic. Vno intuitu, idest tempore breuissimo.

QVAESTIO CXIX. al. 88.

De iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet.

1 Vtrum generale iudicium sit futurum? Sic.

2 Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem? Non. Si probabilius loquamur, & quoad totum: sed per mentalem.

3 Vtrũ tempus futuri iudicij ſit ignotum ? Sic.

4 Vtrum iudicium fiet in valle Ioſaphat ? Sic. Et circumcirca.

QVAESTIO CXX. al. 89.

De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

1 Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Chriſto ? Sic. Etiam vt aſſeſſores.

2 Vtrũ iudiciaria poteſtas correſpondeat uoluntariæ paupertati ? Sic. Specialiter propter tria.

3 Vtrum angeli debeant iudicare ? Nõ. Vt aſſeſſores: ſed ut totum approbantes.

4 Vtrum dęmones exequentur ſentẽtiam iudicis in damnatos ? Sic. Probabilius.

5 Vtrum omnes homines in iudicio compareant ? Sic.

6 Vtrum boni in iudicio iudicentur ? Sic. Omnes, quantum ad receptionem præmiorum: ſed non omnes quantum ad diſcuſſionem meritorum.

7 Vtrum mali iudicabuntur ? Sic. Omnes, quo ad retributionem pœnarum: ſed ſolum fideles, quò ad diſcuſſionem meritorum.

8 Vrum angeli in futuro iudicentur ? Nõ. Niſi aliquo modo indirectè, quantum ad retributionem præmiorum uel pœnarum.

QVAE-

QVAESTIO CXXI. al. 90.

De forma iudicis venientis ad iudicium.

1 Vtrum Christus in forma humanitatis sit iudicaturus? Sic.
2 Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa? Sic.
3 Vtrum diuinitas à malis sine gaudio videri possit? Non. In seipsa.

QVAESTIO CXXII. al. 91.

De qualitate mundi,& resurgentium post iudicium.

1 Vtrum mundus innouabitur? Sic. Per additionem perfectionis cuiusdam gloriæ,non per aliquod varians speciem.
2 Vtrum motus corporum cœlestium cessabit? Sic. Diuina uoluntate hoc faciēte,non ex aliqua causa naturali.
3 Vtrum in corporibus cœlestibus claritas augeatur in illa innouatione? Sic. Et præcipuè.
4 Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis? Sic. Vnum quodq; secundum suum modum.
5 Vtrum plantæ,& animalia remaneant in illa innouatione? Non. Nec aliqua mixta,nisi homo.

QVAE-

QVAESTIO CXXIII. al. 92.

De visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos.

1 Vtrum intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam? Sic. Et hoc de fide,& uisione immediata.

2 Vtrum sancti post resurrectionē Deum oculis corporalibus videbunt? Non. Nisi tanquam uisibile per accidens.

3 Vtrum sancti Deum videntes,omnia uideant quæ Deus uidet? Non. Nisi sumatur ly omnia, pro cognitis tantum à Deo notitia uisiónis;& per ly sancti, intelligatur tantum anima Christi.

QVAESTIO CXXIIII. al.93.

De sanctorum beatitudine,& eorum mansionibus.

1 An beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quàm antè? Sic. Et extensiuè,& intensiuè.

2 Vtrum beatitudinis gradus mansiones dici debeant? Sic.

3 Vtrum diuersæ mansiones distinguātur penes diuersos gradus charitatis? Sic. Et charitatis viæ, tanquam principij remoti, & charitatis patriæ tanquam principij propinqui.

QVAE-

QVAESTIO CXXV. al. 94.

De modo quo sancti se habebunt erga damnatos.

1 Vtrum beati qui erunt in patria, videbũt pœnas damnatorum? Sic. Perfectè, speculatiuè tamen.
2 Vtrũ beati compatiantur miserijs damnatorum? Nunquam.
3 Vtrum beati lætentur de pœnis impiorum? Sic. Per accidens tamen.

QVAESTIO CXXVI. al. 95.

De dotibus beatorum.

1 Vtrum ponendæ sint aliquæ dotes in hominibus beatis? Sic.
2 Vtrum dos sit idem quod beatitudo? Non. Neq; etiam realiter.
3 Vtrum competat Christo habere dotes? Non. Secundum rationem dotium: sed excellentissimo modo.
4 Vtrum angeli habeant dotes? Sic. Loquendo tantum de dotibus animæ): non tamen ita propriè, sicut homines.
5 Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes? Sic. Visio, dilectio, fruitio.

QVAE-

QVAESTIO CXXVII. al. 96.

De aureolis.

1 Vtrum aureola sit aliud a præmio essentiali, quod aurea dicitur? Sic. Tãquam aliquid ei superadditum.

2 Vtrum aureola differat à fructu? Sic. Et aurea etiam.

3 Vtrum fructus debeatur soli virtuti continentiæ? Sic. Pręcipuè.

4 Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus? Sic. coniugali tricesimus, viduali sexagesimus, virginali centesimus.

5 Vtrum aureola debeatur ratione virginitatis? Sic. Propria virginibus aliquibus, impropria alijs.

6 Vtrũ martyribus aureola debeatur? Sic.

7 Vtrum doctoribus aureola debeatur? Sic. Id est quibuscunq; licitè actum prædicationis, & doctrinæ salutiferæ exercentibus.

8 Vtrum Christo aureola debeatur? Non. Sed omni aureola quid excellentius, & omnium illarum origo.

9 Vtrum angelis aureola debeatur? Non.

10 Vtrũ aureola etiam corpori debeatur? Sic. Per redundantiam.

11 Vtrum conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum martyrum, & prædicatorum? Sic. Secundum priuilegiatas victorias.

12 Vtrum aureola uirginum sit potissima inter alias? Non. Nisi secundum quid: cum simpliciter aureola martyrum sit potior alijs duabus.

13 Vtrum vnus alio aureolam excellentius habeat? Sic.

QVAESTIO CXXVIII. al. 97.
De pœna damnatorum.

1 Vtrum damnati in inferno sola pœna ignis affligantur? Non. Sed etiam pœna cuiuscunque fœculenti ex purgatione omnium mundanorum remanentis.

2 Vtrum vermis damnatorum sit corporalis? Non. Sed spiritualis.

3 Vtrum fletus qui erit in damnatis, sit corporalis? Non. Nisi ut est quædam commotio & turbatio capitis & oculorum.

4 Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus? Sic. Simpliciter loquendo.

5 Vtrum ignis inferni sit corporalis? Sic. Necessariò.

6 Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro? Sic. Quantum ad naturam ignis pertinet.

7 Vtrum ignis inferni sit sub terra? Sic. Conuenientius his, quæ in scriptura dicuntur, loquendo.

QVAESTIO CXXIX. al. 98.
De voluntate & intellectu damnatorum.

1 Vtrum omnis voluntas damnatorum sit

mala?

mala? Sic. Voluntas deliberatiua; non naturalis, ut scilicet nunquam aliquid benè velint.

2 Vtrum damnati pœniteant de malo quod fecerint? Non. Nisi per accidens.

3 Vtrum damnati recta ratione uellent nō esse? Non. Nisi per accidens, ideſt inquantū non esse est ablatiuum alicuius miseriæ.

4 Vtrum damnati uellent alios esse in inferno damnatos? Sic.

5 Vtrum damnati odio habeant Deum? Sic. Ratione effectus iustitiæ.

6 Vtrum damnati demereantur? Non. Nisi de merito præmij accidentalis, ante diem iudicij.

7 Vtrum damnati possint uti notitia quam in hoc mundo habuerunt? Sic. Vt est materia tristitiæ solum.

8 Vtrum damnati aliquando cogitabunt de Deo? Sic. Vt in quibusdam effectibus consideratur, non ut in seipso.

9 Vtrum damnati gloriam beatorum videant? Non. Nisi ante diem iudicij, & ut ex hac uisione crucientur.

QVAESTIO CXXX. al. 99.

De misericordia Dei respectu damnatorum.

1 Vtrum ex diuina iustitia inferatur pœna æterna peccatori? Sic. Etiam secundum leges humanas iudicando. Est

etiam

etiã illa pęna æterna & ad correctionē uiatorum(ex eo.n.quòd credũt,pœnas criminosè peccatorum fore secundum determinationem à diuina iustitia factam æternas,magis corriganturquam si crederent illas pœnas esse aliquandò finiendas)& ad tranquillitatem seu utilitatem beatorum,in responsione ad quintum argumentum,narratam(licet nõ ad eorum correctionem.Quid enim correctioni,& Beatis iam in patria perfectis?Omnibus igitur abrasis, si qua alicubi sint in contrarium : dicendum est firmiter,& absolutè; q̃ impiorum pena perpetua non est ad Beatorum correctionem,quamuis sit ad eorundem in R.ad quartam utilitatem.)

2 Vtrum per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur, tam hominum, quàm dæmonum? Non. Et contrarium est hæresis.

3 Vtrum diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri? Sic. Iustissimè,& contrarium est omnino irrationabile.

4 Vtrum pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur? Non. Et est de fide.

5 Vtrum omnes illi qui operantur misericordiæ opera punientur æternaliter? Sic. Si decedant in peccato mortali: & est de fide.

FINIS.

Num. Suppressa.	Expressa.
179. à tergo definiat confessionem: Sic.	definiat confessionem. dicens; quod est per quam morbus latens spe veniæ aperitur? Sic.
180. definitio excõmunicationis? Est.	definitio excommunicationis. scilicet Excommunicatio est separatio à participatione sacramentorum ecclesiæ, & à cõmunione fideliũ? Est Maioris. Nam minor est separatio tantum [redacted] à participatione sacramentorum.
182. formam? Sic. Determinatam.	formam? Sic. Determinatam. Per istam sanctã unctionem, & suam piissimam misericordiã indulgeat tibi Dominus quicquid per auditum &c. deliquisti.
183. ordo definiatur? Sic.	ordo definiatur; quod est signaculũ quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato? Sic.
183. formà huius sacramenti cõuenien-	forma huius sacramenti (scilicet Accipe, uel accipite,

Num. Suppressa.	Expressa.
uenienter exprimatur? Sic.	*cipite, hoc vel illud &c. Accipe potestatē offerendi sacrificium in Ecclesia ꝑ viuis, & mortuis &c.) conuenienter exprimatur? Sic.*
186. *definiatur? Sic. Tripliciter.*	*definiatur, quod est cōiunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens? Sic.*
187. *sufficienter assignentur? Sic.*	*sufficiētér assignentur? Sic. Quæ sunt tria: Proles, fides, scilicet vnius coniugis ad alterum, & sacramentum.*
188. *consanguinitatis sit competens? Sic.*	*consanguinitatis, scilicet consanguinitas est vinculum ab eodē stipite descendentiū carnali propagatione contractum, sit competēs? Sic.*
190. *esse matrimonium? Sic. Nō. tamē ratum.*	*esse matrimonium verum? Sic. Non tamen ratum. i. sacramētum Ecclesię, & secundum dispositionem eiusdem consistens.*

De Dilatione 22 ... 7 ... 125

De vindicatione 22 ... 100

De vendita 22 ... [illegible]

De [illegible] 22 ... 8[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] 22 ... 2[illegible]

Della mostella

[illegible] 3. parte [illegible]

[illegible] art. [illegible] rega: ad p[illegible] 2

[illegible] ad argumenta [illegible]

[illegible] Augustini [illegible]

[illegible] peccata

deberet puniri, qui ad [illegible]

[illegible] mortali. de [illegible]

[illegible] verbis [illegible]

[illegible] de peccatis quo debeat

[illegible] ne peccat [illegible]

[illegible] peccat [illegible]

[illegible] mortali [illegible]

[illegible] peccat [illegible]

[illegible]

[illegible] defectus peccat [illegible]

[illegible]